

AZ EDO
OPU SC
THEOL

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850

1850




7-8

2-11-2582 3.

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	B
Estante	67
Tabla	C
Número	148

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	A
Estante:	37
Número:	491



11-~~2889~~²7-25

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

7-8


2-11-2582³

Biblioteca Universitaria
GRANADA

Sala	B
Estante	67
Tabla	
Número	148

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala:	A
Estante:	37
Número:	491



11-²28827-25

116625407

OPUSCULUM

THEOLOGICUM MORALE

CIRCA NOVAM SANCTIONEM
SS. D. N. Benedicti Papæ XIV. de pœni-
tente non absolvendo à Confessario,
complice suo in peccato turpi,
& in honesto.

SERENISSIMO , A C EMINENTISSIMO
Domino D. Ludovico, Regali Hispaniæ Infan-
ti , S. R. Eccl. Cardinali Diacono sub titulo
S. Mariæ de Scala, Archiepiscopo Toletano,
Hispaniarum Primiati, & Chancellario
Majori Castellæ,&c.

DICATUM

PER MANUM ILLUSTRISSIMI,
& Reverendissimi Domini D. Petri Clementis
Arostegui, Archiepiscopi Larillensis,&c.

A D. ILDEPHONSO AZEDO BENITEZ;
Ecclæsa S. Petri Civitatis Regalis in Toletana
Diæcesi Parrocho, ipso Authore.

Con Licencia. En Madrid. Se hallará junto al
Correo de Toledo , y en la Ciudad de este
nombre, frente del Convento de Religiosas
Bernardas.



100

OLYMPIA

THEATRE OF THE GODS

CIRCE IN OLYMPIA

22 D 17. 1782

London, 1782. Printed for the Author by C. D. & J. Dilly, 1782.

REVIEWED BY A. C. G. 1782.

2. R. F. G. 1782.

3. R. F. G. 1782.

4. R. F. G. 1782.

5. R. F. G. 1782.

6. R. F. G. 1782.

7. R. F. G. 1782.

8. R. F. G. 1782.

9. R. F. G. 1782.

S E R E N I S S I M O,
atque Eminentissimo Domino
D. Ludovico Hispaniæ Infan-
ti, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinali Diacono, sub titulo
Sanctæ Mariæ de Scala, Ar-
chiepiscopo, Commendatori,
Administratori, & Dispensa-
tori Toletanae in spiritualibus,
& temporalibus Hispaniarum
Primati, Chancellario majo-
ri Castellæ, &c.

SER. ATQUE EM. DOMINE.

Dilectionis Paternæ, sa-
crautorisque zeli lite-
ræ, Brevis sub forma, Sanc-
tissimi D. N. Benedicti Pa-

pæ XIV. testimonium luce
meridiana clarius extant ; in
eis siquidem, & Summi Pas-
toris erga oves commissas
zelans vigilantia fulget ; &
Supremi Pontificis circa ve-
nerationem sacrī fontibus
è Sacerdotis Æterni latere
erumpentibus exhibendam
zelotypa simul solicitude
micat. Ut Pastor bonus, ora
luporum obstruens , Gregis
sui extrudit pericula ; ut ze-
lotes Sacerdos, sancta sanctè
tractari desiderans , à Sacra-
menti dispensatione sordi-
datos Ministros sapientè re-
pellit. Sic duplicato radio
sede summa Apostolicum

Lu-

Luminare resplendet. Quorsum tamen hæc ? Nec frustra, aliud namque Luminare requiro. Quam primùm gratè respexi, lucis ejus dexter interpres mihi fuit ardenter optatus ; defecit ; & Parrochiali stimulante cura, ut qui juxta Præfulis ordinationem Parrochiaë Ecclesiasticis legeim intimavi sanctissimam , ejus quoque intelligentiam pro captu porrigerem , scopi æmulus, verba rimatus , libentissimè insudavi. Et ecce huc elaborato Opusculo , statim manibus dilapsum , aliud nata propensione Luminare re-

quirens tuas ad manus, Præ-
sul Serenissime, atque Emi-
neotissime, evolat; quām
pulchrè, quām justè, quām-
que sapientè!

Pulchriè quidem; nam si-
cūt præsens lex Apostolici
Luminaris ardore fuit con-
cepta, ita hæc legis inter-
pretatio radijs alterius Lü-
minaris magni confoveri
anhelans it, faturque.

Othove-
ni, Emb.
Am. fol.
228.

..... Mea vita per ignem
Crescit, & in medijs signibus
esse juvat.

Incendium petit, cuiusvis
non, sed Leonis Hispani Re-
giæ stirpis præcessæ sobo-
lis; ingenium laudo, meritò

si.

siquidem ad Leonis aspectum sperat spirare secure.

Enim

Est Leo, sed custos, oculis

Alecius

quia dormit apertis,

Embl. 15

Templorum idcirco ponitur

ante fores.

Templorum Custos Toletani, atque Hispalensis dia extat ordinatione vestra Celsitudo ; mirum nil , cum Leo ; ambigo ast , an Leo, quia Custos? an Custos, quia Leo ? utrumque certè. Quia Leo , Custos ; equidem si decet vigilantia custodem, vigilantior Leone nullus:

Dormit Leo , nec lumina claudit. Praesagium ergo placitum,

cum , Hispania Templa ves-
træ credere vigilantiæ , quæ
in Infantia Gigas , vigilæ
dum dormit , estque dor-
miens vigilans. O Israel ni-
mis felix ! Ecce non dormi-
tabit , neque dormiet qui
custodit te ; nàm dormit
dum vigilat , vigilatque dum
dormit. Oculis dormit aper-
tis , & hoc cum Infans ; quæ
igitur tibi promittere non
debes cum vir : Custode sanè
perennas ; audi lætabunda
quæ tibi gaudens præfigio.

Carduc. *Mulciber exardens vigili*
Custode pererrat,
Nil tibi deficiet , si vigil
Argus erit.

Dein-

Deinde, quia Custos, Leo:
Inest Regia fortitudo Léo-
ni, nam: è *forti Grege*: qui-
dam dixit, nativam innuens
generosam magnanimita-
tem. Bellè dixit; sed de te lo-
quens speciosius dico: è *Gre-
gibus fortibus*, Hispano
nempè, & Farnesio; inser-
tio pulchra, ex qua gemi-
nam induis genethliacam
fortitudinem. Ex illo trahit:
ubique Leo: ex isto autem:
Non redeo, nisi vicitor, quod
de glorioso tuo progenito-
re Alexandro appositiè est
dictum. Quid ergo, Celsis-
sime Infans, adijciam super
omnem laudem tuam? hoc
unum:

unum : Optimus Custos , &
vigil fortissimus, quia è for-
tium grege. Inlyta Israel
iterum gaude, siquidem for-
tior armatus , qui ad nullius
pavebit occursum , atrium
tuum vigilans custodit , ut
in pace sint cuncta , quæ
possides. Insuper , est robur
in oculis , his dormit aper-
tis , ut sit Custos fortis , &
quia Custos, Leo. Felicia er-
go quæ tali creduntur Tem-
pla Leoni, & hoc paululum
meritò ab ortu, nam : & in
ortu conspicit. Nunc jam di-
cam jure: NON PLUS UL-
TRA : natale encomium,
quo Regius vester spiritus
PLUS

PLUS ULTRA fertur. Fer-
tur etiam, & meus, cœlum-
que aspiciens, alter splendet
Leo, qui lumine, & ardore
supereminet. Cœlum Eccles-
ia, in qua Leo Hispanus,
vestra scilicet Regia Celsi-
tudo micans ardet, & ardens
fulget; pulchre ergo Opus-
culum vestros radios desi-
derat, ut vivat illis, ortum
cum sit ab alijs.

Evolat, item justè; jus cla-
rescit, quandoquidem To-
letani cœli Princeps Leo, sa-
cratus Atlas. Regijs hume-
ris sustinetur, & gloriosè,
nam excedit robore pondus.
Cœlum si Hispaniam dixe-

ro, Toletum cœlum cœli;
& recte Domino, qui Au-
gusta Celsitudine illud re-
git, imperat, ac disponit tan-
quam Princeps Artifex in
ædificio spirituali sunt quasi
manuales operarij, qui par-
ticulariter insistunt Curae
animarum, Sacramenta mi-
nistrando.... Sed quasi prin-
cipales artifices sunt Episco-
pi, qui imperant, & dispo-
nunt qualiter prædicti suum
officium exequi debeant:
propter quod, Episcopi, id
est, superintendentes dicun-
tur. S. Thom, quodl. i. q. 7.
art. 14. in Corp. Quanta hæc
felicitas! Sed mihi præ mul-
tis,

ris, nam ipso pœnè in tuo
ortu, me manus vestra sus-
cepit, & ad animarum Cu-
ram, veluti manualem ope-
ratum sorte mihi valdè se-
cunda in Toletanum cœ-
lum introduxit. Hic igitur
laborare oportet, & am-
plius, elaborata vestræ tra-
dere Celsæ Dominationi,
jus est obstringens; nam res
quæcumque indita lege Do-
mino suo clamat; perspi-
cuum autem est, quod Prin-
cipi Artifici insudat opera-
tius; justitiæ ergo legem
adimpleo: à manu Regia
Constitutionem sacram ac-
cepi, ad quam elaboratum
in

in Constitutionem com-
mentum festinè properat;
ecce Auguste quod egi, ves-
trum assumite, siquidem jus-
tè pervolat.

Sapientèr denique, optae
sic propugnaculum, & sa-
pientèr, favente namque
Principe Leone, alij super-
funt, & lætantèr concinet.

Philoth. Non mille efficitis, quod
Titan efficit unus:

*Namque unus cursum diri-
git ille meus.*

Regali in manu Celsitudinis
vestræ spei anchoram opus-
culum hoc figi desiderio de-
siderat; & prudentèr, ete-
nim scit beneficam Delphi-

no-

norum indolem, qui, *tutius*
ut possit figi, anchoram te-
nent, tenendoque gravant.
En, Præcelse, sapientis mo-
tivum spei, insuper motri-
cem rapidi cursus virtutem
agnosco, nempe Delphino-
rum progeniem; hanc in
Domino suo præsentiens
velox ad ipsum protutamini-
ne cursitat, *tutius ut possit*
figi. Teneas oro, Auguste,
teneas iterum, atque iterum
quæso, nec frustra clamito,
dum sinum, cum quo be-
nignitas oritur, concupisco.
Patet jam quam pulchrè,
quam justè, quamque sa-
pientè munusculum istud

ad

ad vestram volitat Celsitudinem, qui Delphin cum sis ad accipiendum benignus, est simul Leo ad custodendum vigil fortis. Hæ sunt egregiæ virtutes , propter quas à Deo Optimo Maximo Ecclesiarum Atlas constitueris , ut te in Hispania meritò conclamare possimus illo emblemate , quo Invicti semper proavi Ludovici XIV. similibus præludentis dotibus , gloriam immortalem Gallia decantavit , dum Herculis clava ex oleæ ligno confecta, pietatis,& roboris erat symbolum , ad Regemque diser-

tis-

tissimus quidam conversus
cecinit.

Quam dedit Alcidi menda- Petrus
cem fabula clavam, Abbe.

Hanc tibi veracem clavam
tua Gallia tradit.


Hanc Ludovice geres : erit
hæc quoque cognita mons-
tris,

Et belli vindex , & sacrae
tessera pacis;

Alcides tu verus eris.

Sis opto , fidoque ; & me,
quæ sunt Cæsaris , fideliter
Cæsari reddentem despicias
minime , sed placide susci-
pe , quod supplex retribuo,
ut Regis firmetur in mani-
bus ; assumptum sacrum est,

qg ideo



ideo vestræ debitum Celsitudini, qui sacer ut Princeps, sacer etiam ut Præsul. O! utinam ad Ecclesiæ splendorem quam diutissimè vivas, glorioseque imperes. Impleat Deus petitiones nostras; & de tanto Patrono grata exclamo.

Philotk.

..... *Mibi maxima laus est
Lumina si proprius sol mibi
firmat amans.*

SER. ATQUE EM. DOMINE.

Celsitudinis vestræ manus supplex osculatur obsequentiissimus subditus, servus, & Capellanus,

Ildephonsus Azezo Benitez.

ILLUS-

ILL.mo AC R.mo DOMINO
D. Petro Clementi Arostegui , Archie-
piscopo Larissensi , Catholicae Majes-
tatis à Consilijs , Co. Administratori
spirituali Diœcesis Toleranae , Hispa-
niarum Primatis , per Serenissimum ,
atque Eminentissimum D. Dominum
Ludovicum Regalem Hispaniae Infan-
tem , Cardinalem S. R. Ecclesie ,
Archiepiscopum Tole-
ianum .

D. ILDEPHONSUS AZEDO
Benitez , Parrochus Ecclesie S. Petri
Civitatis-Regalis Tolitanæ
Diœcesis .

Sempiternam optat felicitatem .

ILL.me DOMINE.

Principium petere fulgentibus
linguis cœlestes moles elegan-
ter nos instruunt , quæ ordine sem-
per immoto ad Orientem quoti-
die vertuntur ; unde sic , quod tem-
pora nbi finiuntur , incipiunt . Hæc

¶¶ 2 glo-

globorum fixa , atque indefesa vobis
luctio legem cunctis , ut debitè gu-
bernantur , necessariam præscribit,

Tertul. in Apologet cap. 48. ut dixit Aristoteles : Necesse est , in-
feriora hæc superioribus rationibus con-
tinuari , ut omnis inde eorum virtus
constituatur , & regatur . Pulchra uni-
versi lex , pulcherrimè tamen ad
spiritualiam ordinem rerum à

S. Bonavent. cap de Ecclesiast. Hierarch. Doct. Seraphico translata : Cœlum
mobile , & inquietum , cuius motus est
revolubilis super media , id est , super
axem ; in quo ostenditur honorum Pre-
latorum diligentia , & solicitude circa
curam , & salutem suorum subditorum .
Supernas tuas dotes , orna-
menta virtutum , atque gratiarum
dona , Illustrissime Domine , præ-
dictis verbis epilogata conspicio ;
sileat tamen calamus , nam ea fi-
deliter enarrare impotens , & in-
justitiæ notam incurreret , & mo-
destiam excellentiorem offendere.
Præterquam quod , unum cunctis
notum , quod prætermittere ne-
queo , omnem veritate superat hi-
perbolem , scilicet , quod à Sere-
nif-

nissimo Dōmino Regali Infante
Cardinale Hispaniae ad gubernan-
dum in spiritualibus Toletanam
Diœcesim es assumptus. Quanta
unum hoc amplectitur ! nunc
quamvis silere velim , Philo sic
loquitur : *Unus non sufficit quan-*
tumvis alacer , fortisque corpore , si-
multaque animo , in tanta mole nego-
riorum , ac multitudine : proinde affu-
mendi sunt optimates electi , spectatae
prudentiae , fortitudinis , justitiae , pie-
tatisque incorrupti , & ante omnia in-
fense superbia : nam hujusmodi viræ
maxime idonei sunt , ad sublevandum
ope sua bonum , honestumque Princi-
pedem. Sententiam laudo , sed magis
electionem : nil de te Hebreus di-
cendum reliquit , nec racent alii
quid quot de tua Illustrissima Dos-
minatione veraciter canunt.

*Divisum Imperium cum Jove Cesar
habet.*

Sed inter tot fidelissimos testes,
zelum , vigilantiam , ac solicitu-
dinem tuam erga subditorum cu-
ram , & salutem præcipue diuturnam

Phil. Hez
br. lib. de
Creationa
Principia

Virgili

num experimentum in universa
Toletana Diœcesi incessanter pro-
clamat, adaptans meritò tuæ Do-
minationi illud Seraphici, nempè,
quod es cœlum mobile, & inqui-
tum, cujus motus revolubilis. Au-
dias quæso, Illustrissime, quod de

S. Petr. alio, sicut tu, Petro dixit Damia-
Damian. nus: *Tanto zelo vidi te semper ad-*
Prolog. *versus perditos mores medullius inar-*
opusc. 18 *descere, ut Phinees, vel Eliae iudi-*
de Petro *ceris incendio non egere.* Mutuavi
Latera- verba, ut de æstu tuo aliquid
nens. Ba- oportunè indicarem, quo conti-
filice Ar- nuò moveris lustrans universa
chipres- doctrina, & correptione; qua-
bytero. propter cœlum mobile recte di-
ceris, qui indefessus agendo, se-
motos, vastosque cies, immotus-
que revolueris; pulchre ad rem

Hugo Hugo Cardinalis: *Viri spirituales*
Card. *in dicuntur cœli, quia semper voluntur,*
Psalm. 8. *& nunquam retrocedunt.*

Superiori igitur latioñi tuæ in-
feriores, ut ordinatè virtus cunc-
ta regatur, subcontinuati debe-
mus, unde justæ, ac debitæ ordi-
na-

nationis legem adimplens , elab-
oratum Opusculum ad princi-
pium , imò Principem suum per
tuas , Illustrissime , manus humili-
lime transmitto ; quinimò altiore
raptum vivacitate libentissimè
tendit ; tendit namque de patro-
cinio securum . Multa quidem
hujusmodi ingerunt securitatem ,
principù ast animarum zelus , qui
& in pectore tuo ardens , & opus-
culum undequaque vivificans , adi-
tum usque ad profunda adyta abs-
dubio patefaciet .

Accipe ergo , Illustrissime Do-
mine , ignitam exalationem radijs
tuis succensam , ut tuis etiam
manibus in summo cœlo , Regia
nempè manu gloriosi Principis
nostrî figatur . Sic enim quid-
quid maculosum ex mea contra-
xit , prorsus dissipabitur ; & in
optimo firmamento constituta ,
nec maculæ , nec mutationi su-
biciet , sed revoluta lucebit , &
lucens secundabit , animarum pe-
riculis obstans , viamque salutis

indicans ; ad hoc laboravi , &
ad hoc ipsum vestram opto quam-
diutissimè servari vitam , felicita-
tem augeri . Faxit Deus .

Masca Stella polo firmata suo , dum mota
nius . omnia per Orbem

Volvitur , illa suum narrat , habet
que locum .

JUDI-

JUDICIUM R. P. M.

Benedicti Marin, Sac. Benedictini Ordinis Mag. Generalis, in Salmantina Universitate Laureati, in eademque Emeriti Theologie Cathedræ primariæ moderatoris, Regalis Sancti Vincentij Collegij bis olim Abate, necnon idem nunc manus in Regio D. nostræ de Montserrat Matritensi Monasterio exercentis.

EX gratissimo, imo, & optato præcepto D. D. Michaelis Gomez de Escobar in hac Regia Curia Generalis Vicarij, teneo libenter, & video, quod jam prius desideravi Opusculum Theologicum Moralè, circa novam Sanctionem SS. D. N. Benedicti XIV. de pœnitenti-

te non absolvendo à Confessario
complice suo in peccato turpi , &
inhonesto , ita mirifice elucubratum
à D. Ildephonso Azedo Beni-
tez Ecclesiae S. Petri Civitatis. Re-
galis dignissimo Parrocho , ut al-
ter in ipso *Mymercides* Auctor ap-
pareat , merito super astra exaltan-
dus , quia minutorum opusculo-
rum , Cicerone teste , fabricator
eximius , quibus nihil certe pat-
vum , nihil re vera non magnum.

Manu perpolita exaravit libel-
lum , clamansque voce magna tan-
quam præco de cœlo missus , ho-
minibus manifestat supremi de-
creta Judicis , fontem avertit do-
mum Jacob in ablutionem sordium ,
confessarijsque ostendit mare illud
simile chrystallo , quod Joannes
vidit tanquam mare vitreum cons-
tructum olim à Salomone æneum ,
ut nobis fieret perspicuum pariter ,
& profundum Penitentiæ Sacra-
mentum signatum in mari vitro ,
cum alias veteribus non nisi ocul-
tum appareret in æneo.

Optans

Apud
Paserat.
v. My-
mercides
& opus-
culum.

Ex Cal-
met sup.
Apoc. 10
z. & 3.
Ex Za-
ch. 13.
Ex Apo-
cal. 4. 6.
& 15. 2.

Fuxia
Carth. &
Alezaz.

Optans SS. Pontifex periculis
animarum occurrere , à iudicij Sa-
cerdotalis , & Sacri Tribunalis
Sanctitate omem turpitudinis oca-
sionem , Sacramentorum contemp-
tum , & Ecclesiæ injuriam peni-
cus submovere , justissime statuit
pœnitentem non absolvendum à
Confessario complice suo in pec-
cato turpi , & in honesto . Ast , cum
adhuç pro conscientiæ dissolven-
dis nodis , Sanctionis ampla desi-
deratur expositio , exivit vincens
ut vinceret novus Athleta D. Ilde-
phonsus Azedo , scholasticæque
doctrinæ difficultates fœliciter su-
perans , nec minus in contempla-
trice Theologia subtilior , quam
in Morali prudentior , manu sua
tenet libellum , sive potius gla-
diū , quo de hostibus victoriam
adipiscitur , plauditur , & magno
palma decore datur .

Mirabitur etiam quisque styli
soletiam . Dialectico potius quam
oratorio utitur , ut sic mentes con-
vincat deviantesque à recto trami-
te

Ovid.

Eleg. 1.

l'b. 2.

Trist.

te in verum dirigat se opum fortioribus armis. Elegans est, licet pressus, propriisque, & dilucidis vocibus ita constans, quod nihil deficiat eorum, quae omissa dissertationem obnubilarent, nihil supererit eorum, quae dicta maiorem lucem afferrent. Nec fane, ita clare, eleganterque differeret Auctor, aut materiam, quam tractat, tam recte digereret ordine, nisi aquam salutaris doctrinae è purioribus fontibus hauriens, rem animo haberet comprehensam, & ad amissin examinatam: *Quando enim siebat Philo probe cognitum teneamus, de quo differimus, letus, gaudensque sermo abundat dilucidus, & proprijs vocabulis, quibus copiose expedite, inoffense, atque etiam differte ac efficaciter representat quidquid docere vult.*

Sed cur imprudens in Scriptoris immoror laude, quando gloriam ipsi majorem tribuet qui legerit opus, quam exornatio laudantis? Suis namque mixta radibus,

*Phil. lib.
Quod de-
ter.*

bus ; nec aliunde proveniens virtus primam meruit laude coronam , simulque est jure digna , ut ab omnibus sequatur , & publicæ luci decur. Ita de hoc opere sentio , salvo meliori , in hoc Regali Monasterio Matritensi B. Virginis Mariæ Montserratensis die 19. Aprilis , anno Domini 1747.

Fr. Benedictus Marin.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Lieenciado Don Miguel Gomez de Escobar , Inquisidor Ordinario , y Vicario de esta Villa de Madrid , y su Partido , &c. Por la presente , y por lo que à Nos toca , damos licencia para que se pueda imprimir , è imprimia el Libro , intitulado : *Opusculum Theologicum Morale circa novam Sanctionem SS. D. N. PP. Benedicti XIV. de pœnitente non absol-*

absolvendo à Confessatio complie
ce suo in peccato turpi , su Au-
thor el Licenciado Don Alphon-
so Azedo Benitez , Cura de la
Parroquial de San Pedro de Ciud-
ad-Real : atento , que de nuestra
orden ha sido reconocido , y no
contiene cosa opuesta à nuestra
Santa Fè , y buenas costumbres.
Dada en Madrid à veinte y uno
de Abril de mil setecientos y qua-
renta y siete.

*Lic. D. Miguel Gomez
de Escobar.*

Por su mandado;

Joseph Muñoz de Olivares.

CEN-


C E N S U R A R . P . M . Fr.
Francisci Tzquierdo, Collegij Sanc-
ti Gregorij Vallisolerani Reg. Jubil.
Supremi Generalis Inquisitionis Se-
natus Qualificatoris, Conventus D.
nostra de Rosario Matritensis olim
Prioris.

S Upremi Castellæ Senatus jus-
sum gratè simul, & libenter
excipiens, qua valui mentis inten-
tione perlegi *Opusculum Theologi-
cum Morale*, à D. Ildephonso Azedo
Benitez elaboratum, circa novam
*Sanctionem SS. P. N. Benedicti PP.
XIV.* de pénitente non absolvendo à
Confessario, complice suo in peccato
turpi, & in honesto.

Priores has commissi mihi mu-
neris partes obeunti, obvia statim
plura serio recolenda fecit Opella
hæc, mole quidem exigua, non
parum autem eruditionis com-
pletebans. Id unum inter cætera,
quæ merito jure celebrentur, ve-
lut omnium summa sit, proven-
tus nempè, quem D. Ildephonsus

Sacris Administris, non improbis
eos curis onerando, impedit:
nocturna siquidem ac diurna ma-
nu versare possunt *Opusculum*, quod
paucis alias horis lustrari potens
apparet, immo & funditus com-
prehendi; sed vero ejus pluries
iterata lectio nunquam fructus ex-
pers evadet. Parvo sub ambitu
gemma pretiosi metalli copiam æ-
stimatione superat: divino item
spiritu attestante, *initium dulcoris*
habet fluctus illius aviculae perte-
nuit. Sic de tractatu isto dicerem,
& Auctore: cuius dexteritati pro-
clive fuit, famosum cum vitare
scopulum, cui profanus conimi-
sisse se censebat, *brevis esse laborans*.
Haud ita D. Azedo, imperviam
ille, usque nunc non peragratam
Spartam ingreditur: *initium in re*
hac morali sacrat, & primitias
fert: conciso autem pellucidoque
tenore uberem doctrinæ messem
profert. Mirari mihi non subsit,
ubi devotum illum, indefessum
que reor auscultatorem *Sancti*
Tho-

Thomæ ; cujus Angelicas dotes
ad integrant stylus brevis , clara sen-
tientia . Cùr autem è perenni eo sa-
pientiæ fonte non hauserit præcla-
rissimum aliud ornamentum , fir-
mam scilicet , authoritatis & ratio-
nis pondere munitam dubiorum
resolutionem . Eam assecutum esse ,
pervium legentibus erit : insimul-
que certi fiunt , impermixtè sic
Auctorem brevi methodo studui-
se , ut germana solùm ediderit , &
instituto propriissima , in dissitis
alijs moras non trahens : ex. gr.
dùm Angelicus D. §. 1. num. 9.
adornat Laico confiteri suadens . Op-
timè D. Azedo lineas sibi præfi-
xas tenet , non necessaria non im-
miscens : quivis enim , vel medio-
critè peritus , scite habet , Sanc-
tum Thomam in eo loqui sensū ,
quem prisca disciplina sanctum
duxit ac frequentem , Præcelso P.
Augustino , sacrisque Canonibus
applaudentibus , ut videre est Can.
Qui vult 1. de Pœnit. dist. 6. &
gloss. 30. Can. *Non debet* , quæst. 1.



vers.

Verl. Ut & ipsi. Indivulse sic D:
Benitez scopum intendit : adeo ta-
men in progressu felix Opusculum
perfecit , ut Sanctissimi P. Bene-
dicti mentem omnino assecutus
videatur , pariterque illius Aposto-
lico zelo pro virili adstans. Salu-
berrimam Constitutionem in ijs
omnibus , quæ quæstionis esse pos-
sint, doctè ac solidè declarat : com-
munem scilicet æmulatus Magis-
trum , qui certissima Christianæ re-
gula doctrinæ audit. Hujus terens
gressus Auctor, Opusculum condi-
dit publica luce dignum : quod
nempè & regalia jura , vel in mi-
nimo , non laedit ; & Confessarijs
omnibus multum valde profutu-
rum sit. Sic censeo , salvo, &c. sub-
scriboque. In Mattitensi D. Thomæ
Conventu, 19. Martij 1747.

Fr. Francisco Tzquierdo:

PPP

SUMA

SUMA DE LA LICENCIA.

Tiene licencia de los Señores del Real , y Supremo Consejo de Castilla el Licenciado Don Alphonso Azedo Benitez , Cura de la Parroquial de San Pedro de Ciudad-Real , para que por una vez pueda imprimir , y vender el Libro , intitulado : *Opusculum Theologicum Morale circa novam Sanctionem SS. D. N. Benedicti Pape XIV. de penitente non absolvendo à Confessario complice suo in peccato surpi , & in honesto , como mas largamente consta de su original , à que me remito.*

REPARTIDA AL ARZUZ

Y la libreria de solares A T
rifles se oviendo en la
ciudad de oblatum , con el
mismo de sus libros , en la
calle de la calle de la
lengua de la calle de la

DEI

ESPAÑA

MEN

MENDORUM EMENDATIO.

P Ag. 12. lin. 6. hic , leg. his; Pag.
24. lin. ult. affligitur, leg. affi-
gitur. Alia vero si quæ irrepserunt
ex orthographiæ defectu , facile de-
prehendas.

He visto este Libro , intitulado:
Opusculum Theologicum Morale , &c.
y con estas erratas està fielmente im-
presso , y corresponde à su original,
Madrid 13. de Junio de 1747.

*Lic. D. Manuel Ricardo
de Ribera.*

Corrector General por S. M.

SUMA DE LA TASSA.

T Allaron los Señores del Real , y
Supremo Consejo de Castilla
este Libro , intitulado : *Opusculum
Theologicum Morale , &c.* à seis mara-
vedis cada pliego , como mas larga-
mente consta de su original.

LEC.

LECTORI PIO

PRÆFATIO.

Pudore meritò afficiar;
Lector pie , dum quæ
mihi dictavi , prælo data
publicam in lucem exeunt.
Miraberis planè quod qui
tanquam parvulus lac po-
tum , non escam , vix ferre
possum , audacter alijs pa-
nem frangere præsumam:
docerique indigens , temerè
Doctoris munus usurpem:

Primusque gradus in pulvere Lucanus
ponam , circa prohibitionem lib.9.
à SS. D. N. Benedicto Pa-
pa XIV. novitèr statutam.

Ve-

Verum tamen scias per opto,
quod non tanti sum , ut
viam prudentiae ostendere
tibi , melius illam noscen-
ti , in votis fuerit ad hoc
elaborandum Opusculum;
quinimò pigritia tua auda-
cem videri me fecit ; si qui-
dem in re tanta omnino lu-
ce carere , amplius sustinere
non valens , calamum arri-
pui , ut propriam senten-
tiam (aliena dolentè pri-
vatus) in promptu habe-
rem. Quod autem excogiti-
avi , mihi met diffidens , sa-
pientum judicio subdidi , à
quibus hinc , indeque sti-
mulatus usque ad hoc pro-
trac-

tractus sum ; ut cūdendo
Opusculum eliciām , quod
pavore scripsi , diffidentia-
que plenus consului. Qua-
propter Opusculi nomen
scripto apposui , ut ejus
contemptibilitatem , potius
quam parvitatē indicā-
rem : præterea methodum
meliorēm per quæstiones,
& articulos , qua speciosius
evaderet , servare non cura-
vi , quia librum compone-
re minimè fuit mihi inten-
tum. Attamen quamvis im-
polita methodo , rudique
stylo , quæ ad dictam prohi-
bitivam Apostolicam Sanc-
tionem pertinere ex cogita-

vi , exaratione percipio , ac
probationes , quas validio-
res , suficientesque judicavi
(alias ob brevitatem omit-
tens) propono . Tibi elab-
oratio ne displiceat , con-
cupisco : quod habeo , liben-
tissimè tribuo , de sapientiæ
tuæ thesauris accipere vehe-
menter inhians : retribuas ,
quæso , valeasque , oro .

OPUS



OPUSCULUM

THEOLOGICUM MORALE
CIRCA NOVAM SANCTIONEM
SS. D. N. Benedicti XIV. de poenitente non absolvendo à Confessario
complice suo in peccato turpi
contra sextum Decalogi
præceptum.

PROEMIUM.

IN QVO ALIQUA SCITU
digna præmittuntur, & opusculum partitur.

§. I.

IN QVO CONSTITUTIONES
Summorum Pontificum adversus Confessarios jurisdictione abutentes expedite,
textusque præsentis Sanctionis summatim referuntur.

CUM quotundam hominum, terga Deo vertentium, à summo usque ad summum pravitas

A per-

2. 357
pervenisset , qui strictissimi judicij
timore posthabito , dignitate plus
quam Angelica abutentes , animas ,
quas è Diaboli faucibus , potestate
ad id misericorditer , mirabiliterque
à Deo tradita , extrahere debebant ,
medicamine in virus converso , ipsas
in perditionem maximè deplorabi-
lem perducerent ; nam dum in sacro
Poenitentiæ Tribunali , ubi humanæ
fragilitatis vulnera manifestantur cu-
randa , vita , & salus Christi ovibus
exibenda esset , eas ad inhonesta pro-
vocando , & solicitando , venenum ,
antidotij loco , eis esse propinatum ,
multoties compertum est . Summi
ergo Pontifices , tam execrabile faci-
nus abolere cupientes , contra huius-
modi Confessarios , ad Tribunal
Sanctæ Inquisitionis delatos , ut in
fide suspectos , procedere , decreve-
runt , & mandarunt . Sic statuerunt
Gregorius XV. Pius IV. Paulus V.
& Clemens VIII. quorum statuta
omnibus Theologis nota iam sunt .

2. Novissime autem SS. D. N.
Benedictus Papa XIV. per Breve
suum,

suum, datum Romæ apud Sanct. Mar-
 iam Maior. anno Incarnat. Dom.
 1741. Kalendis Junij, Pontificatus sui
 anno primo, Constitutionem Sanctæ
 memor. Gregorij XV. adversus Sa-
 cerdotes, pœnitentes suos ad turpia
 solicirantes, confirmat. Præterea sta-
 tuit, quod quæcumque persona se
 inquinaverit execribili flagitio in-
 noxios Sacerdotes apud Ecclesiasti-
 cos Judices solicitationis falsò insi-
 mulandi, vel per se ipsam innocen-
 tes Confessarios impiè calumnian-
 do, vel procurando, ut id ab alijs
 fiat, ab huiusmodi culpa à quocum-
 que Sacerdote, quovis privilegio,
 authoritate, & dignitate munito,
 præter quam à Summo Pontifice,
 excepto mortis articulo, spe absor-
 lutionis obtainendæ, quam sibi, suis-
 que successoribus reservat, perpetuò
 careat. Circa reservationem istam
 nihil speciale occurrit.

Denique magnoperè cupiens
 (ut SS. Pater zelo plenus loquitur) à
 Sacerdotalis Judicij, & Sacri Tribu-
 nalis Sanctitate omnem turpitudinis

4

occasione; Sacramentorum contemnere, & Ecclesiæ iniuriam longè submovere, sua in perpetuum validura sanctione interdicit, & prohibet omnibus, & singulis Sacerdotibus, ne aliquis eorum confessionem personæ complicis in peccato turpi, & in honesto, contra sextum Decalogi præceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi, ipso jure, quacumque authoritate, & jurisdictione ad qualemcumque personam ab huiusmodi culpa absolvendam. Et si quis Confessarius fecus fecerit, præter quam quod absolutione irrita est, excommunicationis maioris pœnam, sanctitati suæ, suisque successoribus omnino reservatam, illi imponit. Declarans insuper, atque decernens, quod nec etiam in vim cuiuscumque Jubilei, aut Bullæ Cruciatæ Sanctæ, aut alterius cuiuslibet indulti, confessionem dicti complicis quisquam excipere valeat.

4 Circa præfatam Apostolicam
sanctionem aliquæ se offerunt diffi-
cul-

Ecclates enodandæ ; quas ; ad pusiliorum anxietatem auferendam, Docutores explicare curabunt. Interim vero , ne si forte casus aliquis , ad dictam sanctionem quomodolibet pertinens , occurrat , omnino perplexus inveniar , meum judicium , quamvis longissimè impar , hic expono , ut saltèm præ oculis habeam rationes dubitandi , doctioribus pro consilio capiendo , proponendas.

§. II.

P E C C A T U M C A R N A L E
cum filia Confessionis commissum habet
peculiarem deformitatem; juxta D.Thom.
& alios , mutantem speciem ; iuxta
aliorum sententiam , solum
aggravantem.

PRÆNOTARE oportet ; quod peccatum luxuriae cum filia confessionis commissum , peculiarem deformitatem ex hoc contrahit , non solum agravantem , sed specificam , & necessariò in conf-

fessione explicandam. Sic tenent
 Doctores plurimi gravissimi, Soto,
 Turrecremata, Navarrus, Tabiena,
 Armilla, Vivaldus, Candidus, Vi-
 guerius, suplementum Gabrielis,
 Gallego, Alexander de Nevo, Lu-
 dovicus Lopez, Nugnus, Coninch,
 Fagundez, & plures alij citati à
 Salmanticens. tom. 1. tract. 6. de
 Pœnitentia, cap. 8. punct. 4. num.
 59. & à Thom. Sanchez de Matrim.
 lib. 7. disput. 55. ubi sententiam iſ-
 tam eruditè propugnat, tum ex cap.
 Omnis 30. quæſt. 1. ex Simacho
 Papa, tum ex cap. finali 30. quæſt.
 1. & ex cap. Si quis Sacerdos 30.
 quæſt. 1. ubi Cœlestinus Pontifex
 relatus, sic ait. Si quis Sacerdos cum
 filia spirituali fornicatus fuerit, ſciat
 ſe grave adulterium commiſſe. Ean-
 dem tenet Uvigandt. tract. 3. exam.
 2. num. 6. Necnon D. Thom. in 4.
 ſent. diſt. 42. quæſt. 1. art. 2. ad 8.
 ubi ait: Per pœnitenciam contrahitur
 quoddam fœdus inter Sacerdotem, &
 mulierem conſidentem, ſimile cognationi
 spirituali, ut tantum peccet eam car-

7

maliser cognoscens ; ac si esset sua spiritualis filia : & hoc ideo , quia maxima familiaritas est inter Sacerdotem , & confitentem : & ex hoc ista prohibicio est inducta , ut tollatur peccandi occasio . Et 2. 2. quæsto 154. art. 10. ad 2. ait : Si quis abutatur virgine::: in quantum est sub spiritualis patris cura constituta , erit quoddam spirituale stuprum . Super hunc locum sunt valde notabilia Eminentis . Caietani verba : Dicitur in litera (ait) stuprum spirituale , ita , quod ly spirituale non est conditio diminuens , sed augens rationem stupri à dignitate superaddita .

6. Contraria sententiam tenent Villalobos 1. part. tract. 9. disic. 36. num. 20. Corella , Confer. 1. part. tract. 7. conf. 5. §. 2. num. 30. citans pro eadem Dianam ; & alij , quos citant Sanchez , & Salmantic. ubi supra , circumstantiam istam solum notabiliter agravare , asserentes : sed prima opinio superat pondere , & rationis , & authoritatis ; unde Villalobos , licet in oppositam inclinet , istam practi-

tandam suadet , dicens : Verdad es ;
que sera mas seguro , confessar esta cir-
cunstancia , porque algunos Doctores tie-
nen lo contrario . Qui plura desiderat ,
videat Sanchez loco cit . quia circa
hoc diutius immorari non licet .

§. III.

VANTEHAC ; CUM SACERDOTE
complice confiteri ; juxta S. Thom. alios .
que graves DD. illicitum erat ;
¶ juxta omnes , pericu-
losum .

7 **E**Tiam est antiqua inter
Doctores controversia , an
confessarius excipere valeat confes-
sionem complicis , cum qua carna-
liter peccavit , eamque ab huiusmo-
di peccato absolvere ? Circa quam ,
Joannes Chrysostomus Scarfo , de Sa-
cram. Poenit. stromate 22. acertime
propugnat , talem confessionem , &
absolutionem non esse validam , ob
defectum doloris , & propositi , quem
in tali casu moraliter infallibilem

exis-

existimat; refertque, nonnullas mulieres, à proprijs Confessarijs carnaliter cognitas, posteaque ab eis sacramentaliter absolutas, propriæ conscientiæ morsu, & scrupulorum cruciatu, quibus assiduè angebantur, unice motas, ad ipsum pro talibus confessionibus iterandis recurrisse, ductas quadam irritæ absolutionis interna cognitione. Sententiam istam universaliter veram non existimo, quia potest accidere, quod sincerus dolor, verumque propositionem adsint, quamvis multoties deficiant, ut in casibus ab ipso expertis, in quibus spiritus hominis novit quæ hominis erant; immo spiritus Dei, hominis spiritum illuminavit, ut nosceret. Verumtamen Authorem nunc pro sententia negativa infrà referenda stare, nullatenus dubitare debemus; nam absolutione taliter nulla, per necessariam consequentiam afirmatur illicita.

8 Aliter tamen procedit quæstio, rem ex ipso peccato formaliter considerans; ita ut quamvis existant

tant omnia requisita ad valorem, & fructum Sacramenti ; tamen absolutio à confessario complice data, scopus est difficultatis , an scilicet licet , vel illicite sit data. Partem affirmativam tenent Basleo , verb. Concubinatus , num. 6. Diana part. 5. tract. 14. resol. 110. Moya in Select. tom. 1. tract. 3. disp. 3. quæst. 2. cap. 4. num. 23. apud Correll. in Praxi Confes. tract. 12. cap. 1. num. 19. ubi ait : *Absolutamente hablando, no es ilícito confesarse con el mismo complice, no habiendo temor de algun consentimiento malo;* subdit attamen: *Pero generalmente hablando, no es conveniente, antes bien peligroso mucho el hacerlo.* Et infra : En algun caso ya se podia esto tolerar ; y es , si el Confessor fuese solo en el lugar , y no hubiese otro cerca. O si estando expuesto à oír indiferentemente confessiones , llegasse el complice entre los demás penitentes , y no se pudiese dexar sin nota ; y en otros casos semejantes , en que el Confessor debe portarse con mucha entereza , afeando las culpas con mas

mas cuidado, y rigor à la tal persona, que lo haria con otras. Ipsius verba prolixius transcripsi, quia non sat tis discerno, si subsequentia adminicula præcedentem destruunt assertio nem, cum necessitas dispensationem secum afferat, ut infra dicitur. Cautiori stylo loquitur Ulgandt. tract. 3. exam. 2. num. 7. dicens: Nulla quidem extat universalis lex, qua Sacerdoti demat jurisdictionem in complicem; attamen planè non expedit, ut complicem audiat, & absolvat, ne detur occasio liberius relabendi. Si ergo puella complex prae pudore non audens alteri confiteri, semel, aut iterum Sacerdoti compliciti confiteretur, supposito vero dolore, & emendationis proposito, erit valida absolutio; sed se species praacticetur, presumitur nulla, non defectu jurisdictionis, sed doloris. Hæc ille: ubi tantum asserit ab solutionem esse validam; an licit sit? omnino tacuit, unde pro sententia ista rigorosè anumerari non potest, neque cum Corella, nisi in adminiculis convenit. Alios Autho-

res pro hac parte videre neglexi;
quia easdem limitationes afferre ne-
cessere est.

9 Partem negativam sequuntur
Villalobos 1. part. tract. 9. diffic. 39.
ubi proposita difficultate hic termi-
nis: *Si se puede una persona confessar
con su complice?* Resolvit. Respondo,
que la confession serà valida , y fruc-
tuosa , si se hace sin escandalo , y sin
peligro de incitarse à pecar :: y con-
cluyo , que no se debe hacer , sino es
haciendo urgentissima necessidad. Soto
in 4. sentent. dist. 18. quæst. 4. art. 3.
ubi in fine ait: *Si sine scandalo fieret,*
& sine periculo excitandi se ad malum,
confessio esset valida , & esse posset fruc-
tuosa. *Quin etiam vix potest impuden-*
tia , & impudicitia excusari , quia appa-
raret colloquium simile illi , quod fit exi-
tra confessionem. Attamen ubi est periu-
culum excitandi illecebram , sacrilegium
est impudentissimum. Adrianus quæst.
15. de Confes. dub. 3: ubi ponit exem-
plum de concubina Plebani , quæ
non debet illi confiteri , sed ad alium
ire , petita licet non obtenta licen-
tia.

tia. Pro eadem sententia stant Hos-
tiensis , Paludanus , Ricardus , & Sil-
vester , apud Soto in 4. dist. & art.
cit. qui affirmant , quod sola culpa
proprij Sacerdotis , cui periculoseum
est confiteri , quia est solicitator pœ-
nitentium ad malum , ius facit sub-
dito , ut , absque eius licentia ob-
tenta , alium adire valeat confessa-
rium.

10 Horum Authorum opinio
duo involuit ; primum est , quod
subditus non debet tunc proprio Sa-
cerdoti confiteri ; secundum , quod ,
absque licentia à proprio Sacerdote
concessa , alium confessarium adire
subditus valet. Hoc secundum im-
probat Soto ibi ; quia ex Canon. *Omnis utriusque sexus* , decretalis Inno-
centij Tertij , omnis Christi fidelis
tenetur proprio Sacerdoti confiteri ,
& absque eius licentia alium con-
fessarium adire prohibetur : & etiam
Urbanus Secundus , Can. Placuit , de
Pœnitentia , dist. 6. prohibet , ne Sa-
cerdotum quispiam pœnitentem suscipiat ,
alteri Sacerdoti commissum , sine eius

con-

consensu. nomine proprij Sacerdotis intelligitur Ordinarius ; & cuiuscumque secularis Christiani sunt tres proprij Sacerdotes , nempè Romanus Pontifex in tota Ecclesia , Episcopus in sua Diœcesi , & Parochus in sua Parrochia. Vide nunc , quantum his Authoribus proprij Sacerdotis culpa displicuit , ut non solum ei confiteri non debere asserant ; in quo cum Soto , & alijs conveniunt ; sed etiam à juris onere subditum omnino liberum judicent , in quo excesserunt certè . Verumtamen ex hoc clare colligitur , quod culpa cuiuscumque confessarij non proprij , sed delegati , pœnitentem obligat , ut ad alium eat confessarium.

¶ Pro eadem sententia stat etiam D. Thom. in 4. dist. 19. quæst. 1. art. 3. quæstiuncul. 1. arg. 1. ubi ait : *Ulterius videtur , quod Sacerdos non possit semper suum subditum absolvere :* sicut enim Angustinus in littera dicit : *Nullus officio Sacerdotis uti debet , nisi immunis ab illis sit , quæ in alijs judicat :* sed quandoque contingit , quod Sa-

sacerdos est particeps criminis, quod subditus suus commisit: sicut cum mulierem subditam cognovit: ergo videtur, quod non possit semper in suos subditos potestate clavum uti. Cui argumento respondet sic: Ad primum ergo dicendum, quod in tali casu, nec Sacerdos deberet audire confessionem mulieris, cum qua peccavit, de illo peccato; sed deberet ad alium mitere; nec illa deberet ei confiteri, sed deberet licentiam petere ad alium eundi: vel ad superiorem recurrere, si ille licentiam denegaret: tum propter periculum: tum, quia est minor verecundia. Si tamen absolveret, absoluta esset. Quod enim August. dicit, quod non debet esse in eodem crimen, intelligendum est secundum congruitatem, non secundum necessitatem Sacramenti. Eadem verba, hinc desumpta, habentur, Suplem. 3. part. quæst. 20. art. 2. ad 1.

12 Hoc ipsum amplius explicatum traditur ab eodem S. D. præced. dist. 17. quæst. 3. art. 3. quæstiunc. 2. ad 5. dicente: Ad quintum dicendum: quod in casibus illis, in quibus

bus probabiliter timer pœnitens pericula
 tum sibi , vel Sacerdoti ex confessiono
 ei facta , debet recurrere ad superiorem ;
 vel ab eodem petere licentiam alteri con-
 fessandi : quod si licentiam habere non
 possit , idem est iudicium , quod de illo ,
 qui non habet copiam Sacerdotis . Unde
 magis debet eligere laico confiteri . Nec
 in hoc transgreditur aliquis præceptum
 Ecclesiæ ; quia præcepta juris positivi
 non se extendunt ultra intentionem præ-
 cipientis , quaæ est finis præcepti : hæc
 autem est charitas , secundum Apostolum .
 Nec iterum sit aliqua injuria Sacerdoti ;
 quia privilegium meretur amittere , quæ
 concessa sibi abusitur potestate . Verba
 ista transcripta inveniuntur . Supl . 3 .
 part . quæst . 8 . art . 4 . ad 5 . & in resp .
 6 . subseq . ait : Peccaret autem Sacer-
 dos , si non esset facilis ad præbendum
 licentiam alteri confessandi :: unde illi ,
 qui sunt nimis solicii , ut conscientias
 subditorum per confessionem sciant , mul-
 tis laqueum damnationis iniiciunt , & per
 consequens , sibi ipsis . Ecce clarissima
 S . Thom . mens , & sententia , talem
 confessionem , quamvis alias vali-
 dam ,

dam; tanquam illicitam improbans;
immo etiam S. Augustini, ut conser-
rat ex eius verbis in argumento ad-
ductis, & à Mag. sent. ibi, §. ulti-
mo allegatis, ex lib. de Vera, & fals.
pœnit. cap. 20. tom. 4. Ex quibus
idem à fortiori convincitur, ut dic-
tum est; respectu cuiuscumque Sa-
cerdotis non proprij, qui jurisdic-
tionem ordinariam in pœnitentem
complicem non habet; nec pœni-
tens illi confiteri jure tenetur, ut
probarum relinquit S. Thom. art. 4.
& 5. quæst. cit. 3. part.

13 Ecce iterum à Christi Vica-
rio confirmata hæc Ang. Doctoris
doctrina, dum ablata confessario
complici jurisdictione ad absolvendū
dum prolataque excommunicatio-
nis sententia, omnino servari jube-
tur. Et (præterquamquod ipsa Ec-
clesiæ determinatio est sibi, non so-
lum sufficiens, sed optima sancti-
tatis, & veritatis regula) ecce tan-
dem in tantorum Doctorum sana
doctrina superabundans motivum, ut
ab omnibus fidelibus, præsertim ab

illis , qui Doctoris Angelici Magis-
terio gloriantur , alacri animo , cum
gratiarum actione Sanctio hæc Pas-
toris universalis amplectatur ; illa
namque , quod ratio , & authoritas
longè antè improbaverat , prohibe-
tur ; ut amplius , quod nunquam de-
buit , non fiat. Proponitur quoque
nobis exemplar aliquarum Dicce-
sum , inter quas Mediolanensis à
tempore S. Caroli Borromei , &
Adrianus refert quod in sua (an
eadem , vel alia sit , nescio) in qui-
bus jam diu sanctum est , quod
nunc universaliter statuitur ; ut sic
quivis puerilis pavor procùl abiga-
tur ; maximè cum materia ita odio-
sa , & execrabilis sit , ut prohibi-
tionem à SS. D. factam ipsa
per se exposceret.

(s)(

§. IV.

OPERIS DIVISIO.

Quibus prælibatis , tria
in dicta Sanctione dis-
cussionem desiderant;
Primum , ad quæ peccata turpia ex-
tenditur absolutionis prohibitio : Se-
cundum , in quibus casibus , præter
mortis articulum , complicem absolu-
vere liceat : Tertium , quis , præ-
ter Summum Pontificem , Confes-
sarium secus facientem ab excommu-
nicatione reservata valeat absolvere:
de quibus in quæstionibus sequen-
tibus agendum est.



VI
QUÆSTIO PRIMA.

AN ABLATIO JURISDICTIONIS
 solum debeat intelligi erga complicem in
 peccato turpi completo, v. g. copulam; vel
 potius in quolibet peccato ex genere suo
 gravi externo contraria sexim Disca-
 logi præcepit:

§. I.

RATIO DUBITANDI
 proponitur, & confirmatur.

VIdetur quod primum;
 quia odia, & pœnæ
 restringendæ sunt, ut tenent uni-
 versi Doctores, & docet illud juris
 principium: *In pœnis mitior pars est*
interpretanda: sed ablatio jurisdictionis
 est pœna, ut per se patet:
 ergo strictè debet interpretari; ergo
 solum incurritur propter copulam
 carnalem; non vero propter alia
 peccata turpia, quamvis externa, &
 gravia. Confirmatur ex ferè univer-

27

Salii Authorum Sententia; qui agen-
do de casibus reservatis strictam ad-
hibent interpretationem: sed prae-
sens prohibicio nihil aliud est: quam
reservatio; ut constat ex definitione
ab omnibus tradicita, scilicet: nega-
tio jurisdictionis circa aliquod peccatum;
vel censuram: ergo pariter stricte in-
terpretari debet. Hoc est pro parte
ista potissimum fundamentum; quo
non obstante, sic.

s. II.

S T A T U . I T U R C O N C L U S I O N E S
& probatur ex sexta Sanctionis.

¶ 6 **C**onfessarius jurisdictione
privatus extat ad
absolvendum personam complicis in
quovis peccato in honesto gravi ex-
tero commisso: & etiam cuiusdam
cumque sexus persona compli-
cis sit.

(s) () (X) (s) ()

**PRIMA PARS HUIUS
conclusionis probatur.**

17 **A**ssertio suaderetur efficacissimè ex ipso Brevis contextu, in quo, postquam Summus Pontifex decreta prædecessorum Gregor. XV. & Alexand. VII. aduersus Confessarios ad turpia sollicitantes edita, confirmat; recensetque omnes, & singulas culpas, per quas in solicitationis pœnas incurritur; nimirum, sive verbis, sive signis, nutibus, tactibus, sive per scripturam, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones habuerint; posteà subjungit. Demum magnopere cupientes à Sacerdotalis judicij, & Sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, Sacramentorum contemptum, & Ecclesie injuriam longè submovere, & tam exitiosa huiusmodi mala prorsus eliminare, & animarum periculis, quantum in Domino possumus, ocurrere, &c. ex quibus pro conclusione probanda sequentes reflexiones efformo.

§.III.

3. III.

P R I M A R E F L E X I O*conclusionis probativa.*

38 P Erspicuum est , Summi
Pontificis intentum , in
præsenti , esse , nefariam pravitatem
solicitationis à Sacro Pœnitentiaz
Tribunalî radicitus evertere ; hoc-
que nimio desiderio desiderans , ut
omnem turpitudinis occasionem à
Sacerdotali judicio submoveat , pro-
hibet , & interdicit , ne Confessarius
excipiat confessionem sui complicis
in peccato turpi ; sublata propterè à
illi quacumque autoritate , & ju-
risdictione ; ampliando in hoc Bre-
ve Gregorij XV. postquam illud
in omnibus supra relatis confirma-
vit : constat hoc ex titulo præsentis
Brevis . scilicet : *Confirmatio , & am-
pliatio Constitutionis sancta memor. Gre-
gorij XV. contra Sacerdotes , &c.* ergo
ad ea omnia se extendit sublatio
jurisdictionis , ad quæ se extendit
solicitationis pœna : sed hæc non

Solum ad peccatum completum copulat, sed etiam ad omnia supra numerata extenditur: ergo pariter jurisdictionis ablato. Prima conseq. probat. Confirmatio Constitutionis Gregorij per istud Breve facta, comprehendit omnia peccata supra recensita: ergo pariter illa comprehendit, ad eaque extenditur ampliatio dictæ Constitutionis, quæ ampliatio est sublatio jurisdictionis, novitatem in hac Sanctione contenta. Antec. negari nequit; conseq. patet, quia in Brevi nulla invenitur restrictio.

19 Sed contra hoc dices: manifestam esse disparitatem inter confirmationem, & ampliationem factas; nam quando Summus Pontifex confirmat Constitutionem Gregor. enumerat singula peccata; non vero quando imponit pœnam privationis jurisdictionis. Ex quo recte colligitur, suam mentem non esse, huiusmodi pœnam extendere ad ea omnia peccata, quibus solicitationis pœna affligitur; ac per consequens ali-

aliqualem restrictionem in littera
apparete.

20 Contra replicam istam sic insurgo. Ergo Confessarius, qui intra confessionem verba turpia, tactus libidinosos, aut aliquid ex antea enumeratis, cum pœnitente commiserit, privationem jurisdictionis, ad talēm pœnitentem absolvendum, non incurrit. Conseq. legitimè, & evidentè insertur. Subsumo nunc: Sed hoc asserere, est contra intentum clarum, & expressum Summi Pontificis, in eo, quod supra Constitutionem prædecessoris sui addit: ergo non est tenendum. Min. subsumpta prob. Intentum Pontificis est, omnem turpitudinis occasio- nem à Sacerdotialis iudicij sanctitate auferre, longè submoveare Sacramentorum contemptum, & Ecclesiæ injuriam, quantum in Domino potest, vrorsus eliminare; ad quod consequendum, privationem jurisdictionis ad complicem absolvendum inducit: sed si pœnam istam ad verba, & tactus lascivos non ex-
ten-

tendi , intenderet ; nec etiam intenderet , omnem turpitudinis occasionem , Sacramentorum contemptum , & Ecclesiæ injuriam prorsus eliminare ; quod est contra expressam ipsius mentem : ergo , &c. Min. prob. Qui aliquam turpitudinis occasionem , Sacramentorum contemptum , & Ecclesiæ injuriam impunitam relinquit , potens eam punire ; re vera dici nequit , quod magnopere cupit , omnem turpitudinis occasionem , Sacramentorum contemptum , & Ecclesiæ injuriam , quantum in Domino potest , longè submovere , ac prorsus eliminare : ergo si non intenderet , ablationis jurisdictionis poenam extendi ad inhonesta verba , tactus libidinosos , &c. nec etiam intenderet , omnem turpitudinis occasionem , Sacramentorum contemptum , & Ecclesiæ injuriam prorsus eliminare ; quod est contradictoriè oppositum menti Summi Pontificis. Antec. constat ex lege contradictoriarum , lumine naturali nota , juxta quam , duæ contradictoriæ simul

yc.

veræ repugnant. Ideo, qui affirmat: volo omne furtum damnare; necessariò negat: volo aliquod furtum non damnare. Similiter, dum Summus Pontifex afferit: cupio omnem turpitudinis occasionem eliminare; præcissè negat: cupio aliquam turpitudinis occasionem non eliminare. Unde apparet, quanto cum fundamento dixerim, pœnam, adversus Confessarium complicem noviter fulminatam, ad omnia peccata turpia, tam completa, quam incompleta se extendere; sicut se extendit nova hæc confirmatio Constitutionis Gregorij, absque aliqua restrictione expressa, firmiter ve fundata.

21. Dices iterum: probationem istam ad summum convincere, quod pœna hæc solum extenditur ad verba, tactus, & alia inhonesta peccata, quando intra solicitationis circumstantias commissa sunt; de quibus negari non potest, quod Sacro Tribunalí injuriam, & contempnum inferunt; quæ mala Pontifex pror-

prorsus eliminare intendit; non vero quando extra casus solicitationis sunt patrata; quia tunc illa specifica gravitate carent, nec injuriam Sacramento faciunt. Præterea, id ipsum efficacius suadetur ex arguendi forma, qua probatio proponitur. Dicitur enim quod ampliatio huius Brevis, respectu Constitutionis Gregorij, consistit in ablatione jurisdictionis erga complicem; quo superposito, sic procedit probatio. Ad ea peccata se extendit Breve hoc, in quantum est ampliatio Constitutionis Gregorianæ, ad quæ se extendit, in quantum est illius confirmatio: sed in quantum confirmatio, se extendit ad omnia turpia peccata solicitationis, tam completa, quam incompleta: ergo ad illa etiam se extendit, in quantum ampliatio. Ex qua forma argumentor sic. Ad ea peccata se extendit Breve, in quantum ampliatio, ad quæ se extendit, in quantum confirmatio: sed in quantum confirmatio non se extendit ad peccata turpia, extra casus soli-

solicitationis commissa: ergo nec ad illa se extendit; in quantum ampliatio. Si negatur hæc conseq. dicendo medium non esse distributum; idem ad probationem responderet licebit, & tunc nihil concludit. Plena huius replicæ solutio patet ex reflexione sequenti; quæ præcedentem confirmabit, magis que solidabit.

S. IV.

S E C U N D A R E F L E X I O,
qua primam confirmat, & efficacius
conclusionem probat.

NEgari non potest, quod
casus carnalis copula, extra
casus solicitationis habita, peccata
præsentis prohibitionis afficitur: er-
go etiam verba, tactus, & alia in-
honestata peccata eadem peccata affi-
ciuntur. Antec. est certum; conseq.
prob. Tum; quia, ut ostensum est,
verba, tactus, &c. intra casus soli-
citationis commissa, privationem

ju-

30

jurisdictionis meritò intelliguntur
inferre , ratione injuriæ , & con-
temptus , quæ ab eis Sacramentum
proximè , & immediatè patitur : sed
eadem peccata , extra solicitationis
casus commissa , dum Confessarius
confessionem complicis exciperet ,
injuriam , & contemptum Sacra-
mento inferrent : ergo sub eadem
prohibitionis pœna comprehendun-
tur . Veritas huius probationis infra
patebit .

23 Secundò prob. prima conseq.
Summus Pontifex magnoperé cupiens
animarum periculis occurrere , quas ali-
qui potius Demonis , quam Dei Ministri ,
loco eas per Sacramentum creatori suo
reconciliandi , maiori peccatorum mole
onerantes , in profundum iniquitatis ba-
rathrum nefarie submergunt ; scilicet ,
vel eas ad turpia solicitando , & pro-
vocando , tunc , quando ad pecca-
torum contritionem , & amorem
Dei maximè excitare debebant ; vel
præbendo illis occasionem faciliùs
relabendi , ob confessionem ab ipso
complice exceptam ; dum in tali
con-

confessione verecundia ; nulla ; me-
 dicina mitissima ; absolutio facilissi-
 ma , & periculum maximum , ut vi-
 dimus in prænotatis : interdicit , pro-
 hibet , & jurisdictione confessarium
 privat , ne complicem absolvat ; ut
 vel sic tantum malum impedit : sed
 hæc animatum pericula , quibus
 Pontifex occurrere intendit , non
 solum in copula carnali , sed etiam
 in verbis , tactibus , osculis , &c. in-
 veniuntur : ergo sicut copula , abs-
 que solicitationis labore commissa ,
 hac nova prohibitione afficitur , pa-
 riter etiam verba , tactus , oscula ,
 &c. eadem pœna afficiuntur . Sillo-
 gismus videtur irrefragabilis ; nam
 conseq. est legitima ; mai. contextus
 Brevis ; minor verð innegabilis ;
 osculis namque , tactibus , verbis ,
 &c. ex occasione confessionis com-
 plici factæ , repetitis , animas in pro-
 fundum iniquitatis barathrum sub-
 mergi , quis negabit ? Sed hoc est
 periculum , exitiumque lacrymabi-
 le , quibus Pontifex per Sanctionem
 istam occurrere intendit : ergo in

ver-

verbis , tactibus , osculis , &c. absque labore solicitationis commissis , inveniuntur pericula , quibus Pontifex occurrere intendit , nihil minus quam in carnali copula : ergo de primo ad ultimum , sicut copula carnalis , extra solicitationis casus habita , sub poena huius Sanctionis comprehenditur , ut omnes fateri tenemur ; etiam oscula , tactus , &c. eadem poena comprehendendi debemus affirmare.

24 Quid alicuius momenti , huic probationi responderi possit , prossus non invenio ; quia diversitas inter copulam , & cætera peccata incompleta contra sextum præceptum , que quantum ad alia formalis est , quantum ad præsens est pure materialis , ut dictis convincitur . Confirmatur hoc ; quia Authores agentes de peculiari deformitate , quam habet peccatum inter Confessarium , & pœnitentem commissum , nullum discriminem inter copulam , & alia peccata turpia assignant ; nec qui asserunt talem deformi-

mitatem Speciem mutare ; & me-
rito , nam quodlibet peccatum lu-
xuriæ omnes circumstantias objecti
centrahit , solaque voluntas pro fac-
to reputatur , juxta illud , quod Do-
minus in Evangelio dixit : *qui video*
fæminam ad concupiscendum eam;
jam mœchatus est eam in corde suo. Ne-
que discriminantur in ratione perि-
culi , cum quælibet venerea turpi-
tudo vehementer excitet ad alias , de
quo amplius infra. Par ergo delictum
pari pœna puniri debet.

25 Nunc ad replicam num. 16.
propositam , à secunda ejus parte in-
cipiendo pro majore claritate , resp.
Quod ampliatio hujus Brevis , res-
pectu Constitutionis Gregorij , stat
in duobus ; primum est , quod pœ-
nam privationis jurisdictionis addit;
secundum , quod pœnam istam ad
peccata turpia longè antè , vel post
confessionem commissa extendit. In
his duobus prædecessoris sui Consti-
tutionem ampliavit , ut patet. Illam
autem confirmando , non intelligi-
tur ad alia extendi , sed tantum ad

ea, quæ in dicta Constitutione con-
tinentur, terminatur. Unde liquet,
quod ly ampliatio latius patet, quām
ly confirmatio, duplicitè, & ra-
tione novæ pœnæ, & ratione ex-
tensionis ad remotiora peccata. Ex
quo, & vitium argumenti detegitur,
& probationis soliditas manifestatur,
exemplo sequenti. Hæc est bona ar-
gumentatio: Ad omne illud exten-
ditur animal, ad quod extenditur
rationale: sed rationale extenditur
ad Petrum: ergo animal extendi-
tur ad Petrum. Veritas illius stat in
eo, quod omne rationale est ani-
mal. Simili modo procedit proba-
tio; & rectè quidem, nam ad ea
omnia extenditur ampliationis pœ-
na, ad quæ extenditur confirmatio-
nis robur; quod de peccato copulæ
verissimum est, & de alijs inho-
nestis peccatis gravissimo cum fun-
damento asseritur. Per oppositum,
hæc argumentatio est mala. Ad om-
ne id extenditur animal, ad quod
extenditur rationale: sed rationale
non extenditur ad equum: ergo ani-
mal

mal non extenditur ad equum. Clarescit falsitas, quia aliquod animal non est rationale; similitè claudicat argumentum, nam ad aliquid extenditur ampliationis pœna, ad quod non extenditur confirmationis vigor; quod de copula extra casus solicitationis commissa, nequit negari; & de cæteris peccatis in honestis, fere evidenter propugnatur.

26 Ante quam ad alia progediar, advertere oportet, quod, quando in prima probatione, seu reflexione dicitur: quod ad ea omnia se extendit sublatio jurisdictionis, ad quod se extendit solicitationis pœna; hoc non dicitur, quia inter pœnas istas sit præcissa conexio mutuò convertibilis; nam hoc est falsum, ut modo vidimus; nec etiam, quia motivum utriusque pœnæ sic omnino idem; nam motivum Constitutionis Gregorianæ, & solicitationis pœnæ, est vitare Sacramentum injuriam, quæ utique gravissima est, dum in ipsa confessione, vel occasione, aut prætextu confessionis

pœnitens ad turpia solicitatur : quia
propter solicitans , ut in fide suspec-
tus habetur , & punitur. Motivum
autem presentis Sanctionis , & ipsius
pœnæ , est omnem Sacramenti in-
juriam submovere ; & animarum
periculis occurrere ; ex his duobus
adæquatum ejus motivum coales-
cit , ut ex relatis constat. Unde pro-
venit , quod Summus Pontifex , in
quantum Constitutionem Gregoria-
nam confirmat , solicitationis pœnas
denuò imponit : in quantum autem
prohibet , ne Confessarius compli-
cem à turpi peccato absolvat , illum
tantum jurisdictione privat ; & ex-
communicatione majori punit , si fa-
cere tentaverit. Ratio est ; quia ibi
solum agitur de atroci sacrilegio ,
& immanni injuria Sacramenti vi-
tandis ; dum Sacramentalis confes-
sio , assumpta ut medium ad pecca-
tum proximè perpetrandum , enor-
mitè injuriatur , atque conteni-
tur ; hic autem , animarum peri-
cula , & Sacri Tribunalis injurias ,
non solum proximas , & gravissi-
mas ,

mias , sed etiam remotas , & minus graves vitari intendit ; quapropter poena est mitior , quia proportionari debet minoribus peccatis , ad quae extenditur .

27 Ex his clarè colligitur , & (meo videri) nisi contentiosè negari non potest , quod verba , tactus , oscula , &c. intra casus solicitationis commissa , subduntur poenæ hujus novæ Sanctionis ; cum sint animabus periculosa , & Sacramento injuriosa gravissimè , & proximè , plusquam peccatum copulæ immunis à solicitationis labe . Propterea ad assertionem probandam , à peccatis incompletis ita circumstantiatis exordior , in quibus militat motivum Constitutionis Gregorianæ , & de eis transitum facio ad verba , tactus , oscula , &c. extra casus solicitationis perpetrata , ostendens , quod etiam de his verifica-
tur , quod sunt animarum pericula ; & Sacramenti injuria saltè remota ; in quantum à Confessario complice hujusmodi peccata sunt abso-

luta , occasio datur , ut sine facilius iterata; nam quam medicinam applicabit , aut quam doctrinam , & correctionem p̄æbebit , qui eisdem criminibus sordidatus est ? aut qualiter Christi amorem suadebit illi , cui carnalem suggestit amorem ? quæ omnia Sacramento injuriosa , & animabus valde periculosa sunt. Constat ergo evidenter , quod vitatio horum peccatorum comprehenditur in illa propositione universali : cupio omnem turpitudinis occasionem à Sacro Tribunal longè submoveare , & omnem Sacramentorum contempsum , & Ecclesiæ injuriam prorsus eliminare.

28 Ex quibus adversus prædicatam replicam sic argumentor. Qui omnem injuriam vitandam comprehendit , profectò nullam excludit: sed Summus Pontifex in ista Sancione omnem injuriam vitandam comprehendit : ergo profectò nullam excludit. Subsumo : sed tactus , oscula , &c. etiam extra solicitatis casus , sunt aliqua injuria : ergo illam

illam non excludit. Min. subsumpta patet ; nam de illis peccatis verificatur ratio injuriæ formaliter talis, ut explicatum est. Etidem argumentum potest fieri de illis in ratione periculi. In summa (ut alia omittam) motivum hujus Sanctionis est animalium periculum , & omnis contemptus , seu injuria Sacramenti , in ista linea ; motivum vero Constitutionis Gregorianæ , & ejus confirmationis est particularis injuria , & contemptus , scilicet enormis , & immediata ; manifestum est autem , quod propositio universalis ad plura se extendit , ad quæ particularis sub ipsa contenta non extenditur. Dicere quod tactus , oscula , &c. non recensentur quando nova pena imponitur , nihil refert ; nam ut ait S. Thom. 1. 2. quæst. 96 art. 6. in sed cont. *Magis est attendendum ad causam , quæ movit legislatorem , quam ad ipsa verba legis ; & adducit S. Hilarium in 4 de Trinitate dicentem : Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi ; quia non sermoni*

40

res, sed rei debet esse sermo subjectus.
Quibus verbis ab utroque Sancto
Doctore dicta clarissime confirmantur.

29 Denique probatur hæc prima Conclusionis pars, ex illis verbis Sanctionis: *Quemadmodum à pluribus Episcopis per Synodales suas Constitutiones jam factum esse novimus, &c.* sed in illis Dioecesisibus prohibitio hæc, non solum de copula, sed de omni carnali peccato gravi externo intelligitur, ut asserit Felix Potestas tom. 2. part. 3. cap. 12. fol. 601. num. 608. ergo similiter intelligi debet ex vi presentis Sanctionis, ut denotat *ly quemadmodum.*

SECUNDA PARS CONCLUSIONIS
ex verbis Sanctionis probatur.

30 **S**ecunda assertionis pars, scilicet: *cujuscumque sexus persona complicis sit;* probatur ex eo, quod non exprimitur determinatus sexus, sed generali acceptione dicitur: *Confessionem Sacramentalem per-*
som.

*Sonæ complicis; & infra: Ad qualem
cumque personam ab hujusmodi culpa
absolvendam; iterumque: Confessio-
nem dicti complicis; in quibus gene-
raliter loquitur; imo per hæc ulti-
ma verba sexus virilis comprehensus
exprimitur, quem in universalibus
præcedentibus implicite claudit. Hoa-
etiam suadet affinitas motivi, & ex-
pressa referentia, quam Breve istud
dicit ad Constitutionem Gregoria-
nam, in qua solicitatio ad turpia
cum persona virilis sexus specialiter
est comprehensa. Ex quibus convini-
cit, quod prohibitio hæc ad tur-
pia peccata, cum qualicumque per-
sona utriusque sexus commissa, ex-
tenditur.*

§. V.

*RATIO DUBITANDI SOLVITUR;
proponiturque aliud argumentum.*

31. **A**D rationem dubitandi
num. 11. propositam
resp. quod reservatio peccatorum,
per modum medicinæ facta, incur-

Ritetur, etiam si invincibiliter ignoretur, ut tenet verior, & communior Theologorum sententia, non obstante axiome juris allegato de minore parte in pœnis interpretandas & non alia ratione, nisi quia talis reservatio ad medicamen animarum ordinatur. Et cum præsens prohibitio, ad animarum medicinam, & ulterius ad injuriam Sacramenti visitandam ordinata sit, jure optimo æquiparantur; & sieut axioma locum non habet in primo, consequenter asseritur, quod nec etiam locum habet in secundo. Præterea, quod fini legis, & legislatoris intentioni contrariatur, non est legis interpretatio, sed destructio; sed quod in ratione dubitandi proponitur, fini legis, & legislatoris intentioni contrariatur ergo non est ut interpretatio legis admittenda, sed repellenda tanquam legis destructio. Min. patet ex dictis.

32 Ad confirmationem resp. quod reservatio peccatorum respicit, & terminatur ad eorum gravitatem,
in-

intransitivè consideratam ; id est, re-
servantur ratione gravitatis ; & tunc
stricta interpretatio probabiliter ad-
hibetur. Præsens vero prohibitio non
solum respicit gravitatem culpæ , sed
est ulterioris periculi medicinalis
præservatio ; cumque tale periculum
nedum in carnali copula , sed in
quolibet turpi peccato , dum con-
fessario complici manifestetur , im-
mineat ; de quibus illecebris maxi-
mè verificatur illud S. Bernardi : *A*
minimis incipiunt , qui in maxima pro-
ruunt ; nam per vitium luxuriæ (ut ait
S. Thom. 2. 2. quæst. 153. art. 5.
Corp.) *maxime appetitus inferior vehe-*
menter intendit suo objecto , propter vehe-
mentiam passionis , & delectationis : un-
de de illis cum Damasceno dicere
debemus : *Parva enim , parva non sunt ,*
ex quibus magna proveniunt ; inde est ,
quod licet alia reservata latam in-
terpretationem admittant , prohibi-
tio hæc strictam exposcit . Sed infra
num. 33. alia disparitas hoc amplius
declarabit.

33 Obijc̄ies contra Conclusio-
nem:

nem. Quod propter charitatem introductum est, non debet contra charitatem militare; ut omnes ex S. Bernardo tenent: sed Sanctio ista est propter charitatem introducta: ergo non debet contra charitatem militare. Subsumo: Sed admissa interpretatione illius prout in conclusione continetur, militat contra charitatem Sanctio: ergo talis interpretatio non est tenenda. Min. subsumpta prob. In illis populis (qui plurimi sunt) in quibus, si Parochum excipias, alius Sacerdos non invenitur, nisi forte cursatim (quod etiam raro) adeat, potest accidere, quod foemina honestae vitae, & famæ, sive propter inopinatam occasionem, sive ob nimiam carnis frigilitatem in honestum tactum, osculum, verbum, vel simile quid commiserit; tunc autem alterum ex his Iustineri cogitur; aut ad spirituale damnum illius culpæ vitandum, alibi, cum famæ dispendio, Confessarium querere; aut diutius catere absolutione à tali peccato, forsitan illud

illud atritione detestans ; quorum
utrumque pietati Ecclesiæ adversari
videtur , & christianæ charitati : sed
admissa interpretatione Sanctionis,
in conclusione data , hoc sequitur:
ergo hac interpretatione admissa,
militat Sanctio contra charitatem;
ergo talis interpretatio non est te-
nenda. Confirmatur ex Jurisperito
in. digest. veter. lib. 1. tit. 3. leg. 24.
ubi dicit : *Nulla ratio juris , aut equi-
tatis benignitas patitur , ut qua salu-
britèr pro salute hominum introducun-
tur , ea nos duriori interpretatione con-
tra ipsorum commodum perducamus ad
severitatem.*

34 Hoc argumentum , quod ca-
ro , & sanguis plus debito extollit,
instatur , simulque solvitur. Si pec-
catum dictæ fœminæ sic copula car-
nalis , alterum illorum præcisè susti-
nebit , ut omnes fateri tenemur , nec
propter illas circumstantias à lege ex-
cipietur. Assigna ergo disparitatem.
Si dicas quod copula est gravius pec-
catum , quam tactus venereus. Con-
tra est , nam plurimi Theologi sen-
tiunt

tiunt quod actus externus non addit
malitiam formalem ad actum inter-
num , & tactus ille , ut suppono , ha-
bitus fuit cum affectu copulæ , ex quo
malitiam formalem æqualiter con-
traxit ; sicut de aspectu turpi asseri-
tur in Evangelio. Et si supponamus
fuisse habitum cum affectu copulæ
sodomiticæ , aut pollutionis , tactus
ille in gravitate copulam excedet :
ergo attenta gravitate , magis subdi-
citur pœnæ hujus Sanctionis tactus ille ,
quam copula.

35 Si dicis , quod copula est pec-
catum consummatum contra sextum
præceptum , non verò tactus. Con-
tra iterum , nam ex ista diversitate
disparitas non solum est omnino vo-
luntaria , sed etiam contra verba le-
gis , & legislatoris finem , & inten-
tionem , quod breviter probo. Hac
nova Sanctione Confessarius extat ju-
risdictione privatus ad complicem
suum absolvendum in peccato tur-
pi , & inhonesto contra sextum De-
calogi præceptum , ut omnis Sa-
cramenti injuria , & animarum
peri-

periculum submoveatur: sed tactus
 lascivus, æquè ac copula, est pec-
 catum turpe, & in honestum con-
 tra sextum præceptum, injuriam Sa-
 cramento, & animabus periculum
 adducens: ergo Confessarius hac no-
 va Sanctione privatus jurisdictione
 extat ad absolvendum complicem
 suum in tactu turpi, & in honesto
 contra sextum præceptum. Major
 ex littera Sanctionis desumpta est,
 unde si illam distinguis juxta præ-
 cedentem disparitatem, omnino vo-
 luntarie, & contra tenorem fit; in
 illo namque prohibetur absolutio
 peccati turpis, & in honesti; ratio
 autem turpitudinis, & in honestatis
 transcendit omnia peccata contra
 sextum præceptum. Aliunde; dispa-
 ritas inducta opponitur fini à legis-
 latore intento, cum ex absolutione
 ab hujusmodi, & quolibet alio pec-
 cato turpi incompleto Sacro Tribu-
 nali injuria, & animabus periculum
 immineat, ut antea dictum est. Re-
 linquitur ergo, quod in omni turpi
 peccato reperitur ratio formalis, &
 fi-

finis hujus prohibitionis ; propterea que nec lex inter completa , & incompleta distinguit , nec nos distinguere debemus.

36 Quod tale peccatum semel tantum perpetretur, nihil valet; nam hoc per accidens est , & quod est per accidens non collit quod est per se. Potuit etiam accidere (heu quoties!) quod prædictum peccatum initium sit maximi libidinosi incendiij, cuius flamma confessionis colloquio magis exardescat ; etenim ut ait S. Hieronimus in Epist. *Ignis infernalis luxuria* , cuius scintilla prava colloquia. Supposita igitur prima culpa , quæ est veluti dispositio , applicataque scintilla confessionalis colloquij , similis illi , quod fit extra confessionem , ut benè notavit Soto , idem effectus suspicari potest ; sicut materialis ignis paleis applicatus incendiuim efficit. Hujus veritatis fideliorum testem experientiam adduco, quam nobis proponit S. Aug. apud S. Thom. opusc. 64. dicens : *Cedros Libani* , id est , contemplationis altissime homini-

hemines ; & gregum arietes, id est, mag-
nos Prelatos Ecclesie, sub hac specie
corruisse reperi, de quorum casu non mai-
gis presumebam, quam Hieronymi, &
Ambrosij. Ecce quid efficit caro, car-
ni per colloquium applicata, prop-
ter fragilitatem ipsam, quam plus
in carnis, quam animarum favorem
argumentum allegat. Si ita in casu
proposito contingat, quanta Sacra-
menti injuria ! Tale ergo periculum
Infinities (non absque lacrymis) ex-
pertum Summus Pontifex, ad ani-
marum lucrum, magnopere vitare
cupiens, jurisdictionem aufert, &
confessionem prohibet.

37 Patet jam quod illud S. Berna-
ardi dictum nimis importunè ad-
ducitur, siquidem interpretatio ex-
cogitata merè pro libito, & absque
fundamento ponitur, ut ex dictis
constat; est insuper, ut vidimus,
animarum saluti, & Sacramenti ve-
nerationi parum consentanea, & cùm
Sanctio hæc propter Dei, & anima-
rum charitatem introducta sit, non
debet tali interpretatione vulnerata


contra charitatem militare. Ad Ju-
risperiti verba dicitur, quod S. Thom.
1. 2. quæst. 96. art. 6. Corp. adducit
illa ad probandum, in casu necessi-
tatis licere ei, qui legi subjectus est,
præter verba legis agere; sic enim
concludit articulum: *Si sit subitum
periculum, non patiens tantam moram,
ut ad superiorem recurri possit, ipsa
necessitas dispensationem haberet annexam,
quia necessitas non subditur legi.* Unde
si in casu proposito hoc contingat,
idem dicendum est, quia si tunc
verba legis rigidè serventur, esset
durior interpretatio, & contra cha-
ritatem militaret, quod est propter
charitatem introductum. Sed de hoc
latius infra. Nota circa dicta num.
28. in contra 2. quod ratio formalis
turpidinis, & ratio finis intenti,
simul sumptæ excludunt latam inter-
pretationem; non vero quælibet ea-
rum scorsim, ut invenies si perspi-
criter consideres.

38 Sed considerare oportet quod
præsumtum argumentum non militat
specialiter contra Sanctionem istam,
nam

nam præcisivè ab ea , in tali casu fœmina non debet à Confessario complice absolvi , juxta plurimos Authores supra cit . præsertim iuxta SS. D. D. August. & Thom . qui apertè pro hac sententia , nisi violentè expellantur , subscribunt . Unde eadem incommoda in omni eventu sustinere cogitur .

39 Nec dicas , contrariam opinionem alios tenere , iuxta quam , si Sanctio non extaret , posset Confessarius complicem absolvere , & incommoda vitare . Nam resp . Fateor opinionem , sed attende , qua illius Authores formidine loquuntur , scilicet : *periculorum esse :: generaliter non expedire ; & similia , qnibus in praxi opinionem reprobant , licet speculativè illam admittant ; unde animos ab illius praxi retrahunt , consideratione periculi ex ea imminentis . Attende insuper , quod illi potius dæmonis , quam Dei Ministri , qui animas , loco eas per Sacramentum creatori suo reconciliandi , majori peccatorum mole onerantes , in profundum iniquitatis ba-*

ratiōrum nefariē submergerint, hujus
opinionis probabilitate uticē suffulti
potuerunt absolvere. Et cum hoc pe-
riculum sit, quod Authores illius
formidabant, & cui præsens prohi-
bitio occurrere intendit, liquidò con-
stat, quam justè, & quam sapien-
ter opinio hæc prohibetur, ut eam
sequi ultrà non liceat. Constat etiam
sententiam SS. August. & Thom:
quæ omni tempore practicari debuit,
Sanctione ista firmari, & ulterius
addi, absolutionem prædictam
non valere. Et hæc de
primo.



QUÆS.

QUÆSTIO SECUNDA,

A N P R A E T E R M O R T I S
 articulum unice in Sanctione exceptum;
 alij casus sint, in quibus possit Confes-
 sarius complicem suum à peccato turpi
 validé, & licité absolvere?

§. I.

N O T A B I L I S D I S P A R I T A S,
 inter præsentem, & alias reservau-
 tiones proponitur.

40 **D**ubitacioni isti varijs
 resolutionibus, pro ca-
 suum diversitate, satis fiet. Priùs au-
 tem est valdè notanda differentia,
 quæ inter prohibitionem hanc, &
 cætera peccata, seu casus, tam Pa-
 pæ, quam Episcopis reservata, in-
 venitur; consistitque in hoc, quod
 ista peccata uni, sive Papa sit, si-
 vè Episcopus, reservantur, ut: *Allo-
 ciora quedam, & graviora crimina, non
 à quibusvis, sed à summis dumtaxat*.

D 3.

S 2.

Sacerdotibus absolvantur ; sicut Tridentina loquitur. Peccata vero circa quæ præsens versatur prohibitio, reservantur solum ab uno , scilicet Confessatio complice , & cæteris Sacerdotibus absolvenda relinquuntur. Unde , quamvis omnia dici possint reservata , aliter tamen , & aliter , nam priorum reservatio est generalis negatio jurisdictionis ; quapropter tanquam odiosa frequentius ab Authoribus restringitur ; & meritò , quia recursus ad superiorem esse solet difficilis. Dixi : *frequentius* : nam Authores clasici , inter quos Uvigandt tract. 14. ex. 2. num. 5. tenent , reservationem esse tanquam favorabilem ampliandam. In præsenti autem sic non accidit , nam si complicem *excipias* , quilibet Confessarius potest absolvere. Ex quo (ni fallor) provenit , quod generales doctrinæ circa casus reservatos ab AA. traditæ magna ex parte reservationi huic adaptari non possunt , nec debet , cum recursus ad absolventem sit per se facilis , & solum per accidens ali-

quan-

55

quando difficultis. Admisso igitur,
quod prima reservatio , quæ est pro-
priè talis , tanquam odiosa strictè
interpretetur , reservatio præsens
(quam impropriè talem reputo ,
cum nihil aliud sit , quam inhabi-
litas unius confessarij ad certam per-
sonam à tali peccato absolvendum;
jurisdictionem tamen habentis ad
absolvendum qnamlibet aliam à pec-
catis ejusdem lineæ fortè graviori-
bus) favore Sacramenti , & ani-
marum debet ampliari. Quo nota-
to , sit.

§. II.

R E S O L U T I O P R I M A.
Potest Confessarius complicem suum absol-
vere in mortis articulo , deficiente tunc
alio quocumque Sacerdote.

41

Potest Confessarius sui
complicis confessionem
excipere , eumque à turpi peccato
absolvere in mortis articulo , defi-
ciente tamen quocumque alio Sacerdote,

qui confessarij munus obire possit. Sic est in Sanctione expressè dispositum, conformiter ad Trident. & custoditum semper in Ecclesia Dei ; pœnitensque à confessario complice in tali articulo absolutus non tenetur illa peccata turpia alij Sacerdoti posse confiteri , quia absolutionem ab habente jurisdictionem in illa accepit , ut docet S. Thom. Supl. 3. part. quæst. 8. art. 6. ad 2.

§. III.

R E S O L U T I O S E C U N D A :
Si in mortis articulo adset aliquis simplex
Sacerdos , qui munus Confessarij obire
possit , is debet confessionem
excipere.

42 **R**ogabis autem : si in mortis articulo , præter confessarium complices tantum sit alter simplex Sacerdos , quis eorum confessionem dicti complicis debet excipere ? Dico quod simplex , si munus confessarij obire possit ; id est ,

si scientiam ; prudentiam , & alia re-
quisita necessaria habeat. Sic intel-
ligo illam restrictionem : *Deficiente
runc, &c.* Ratio est , quia præcissivè
à mortis articulo uterque jurisdic-
tione caret : sed cum notabili dis-
crimine , nam simplex inculpabilitè ,
approbatus autèm noxiè , propter pec-
catum nempè commissum , quod
etiam in tali casu ligat , sicut patet
ex limitatione apposita. Unde pœ-
nam peccato inflictam deber luere ;
ut sciat , decere Christi Ministros esse
sanctos , innocentes , impollutos , &
à peccatoribus segregatos. Habeatur
ergo iste tanquam non sit , & alter
confessionem excipiat , & pœnitent-
tem absolvat. Si autem ex hoc scan-
dali , aut infamiae periculum timea-
tur , quod vix potest deficere , vel
si Sacerdos simplex excusetur , alter
complicis sui confessionem audiat ,
& absolvat.



R E S O L U T I O T E R T I A.

Potest Confessarius suum complicem absolvere , quando urget confitendi necessitas , d.g. ratione scandali , aut infamiae omissa confessione imminentis , dummodo absit relabendi periculum.

43 P otest etiam Confessarius complicem suum absolvere , quando urget confitendi necessitas , v. g. ratione scandali , aut infamiae omissa confessione imminentis , dummodo absit relabendi periculum ex parte pœnitentis , quidquid sit de periculo ex parte Sacerdotis , de quo statim , & recursus ad alium Sacerdotem sit difficilis . Sic de reservatis in genere tenent communitur AA. Ratio est , quia peccatorum reservatio debet esse in edificationem , non in destructionem , ut monet Tridentina : & si in tali casu lex rigorosè observaretur , destrueret ; unde mitiganda est secundum Jurisperiti monitum supra alle-

gatum ; nam ipsa necessitas annexam
habet dispensationem, ut ait S. Thom.
sup. cit.

§. V.

RESOLUTIO QVARTA:
Si in casu dictæ necessitatis timeatur
periculum relabendi, magna cum
distinctione est loquen-
dum.

44

Quæres ulterius : si in ca-
su dictæ urgentis ne-
cessitatis ex confessio-
nis audientia timeatur periculum re-
labendi, quid agendum ? nam si con-
fessio excipiatur , animæ in iniqui-
tatis barathrum submerguntur ; si
non , scandalum certissimè sequitur,
& utriusque fama periclitatur. Resp.
sub distinctione ; vel periculum se
habet ex parte Sacerdotis tantum ,
vel tantum ex parte pœnitentis , vel
ex parte utriusque simul. Si se haberet
ex parte utriusque , nequit excipi
confessio, dummodo periculum utri-
que sit notum ; quia pœnitens in
illud

illud se injiciens peccat, cum scriptum sit: *qui amat periculum, peribit in illo*; unde talis confessio esset sacrilega, proptereaque vitanda. Si vero periculum tantum ex parte pœnitentis se habet, & absque illius prævisione accedit, iterum est distinguendum. Vel Sacerdos de periculo pœnitentis est dubius, vel certus. Si dubius, studiofa cautione confessionem excipiat, nihil circa peccata turpia cum ipso commissa interrogando, sed ea audiat, forsitanque oportebit eorum enarrationem accelerare. In summa, nimia cautela, nec minori integritate Sacerdos procedere debet, tam verbis, quam factis, prout christiana prudentia convenire dictaverit, exhibens se in omnibus taliter, ut illum pœnitens existimet Ministrum Christi, & dispensatorem mysteriorum Dei; & directa dispositione, si opus fuerit, pœnitentem interroget, illiusque responsioni stet, nisi ex circumstantijs prudenter judicet oppositum, quia ut docet S. Thom. Supl. 3. part. q. 8.

art:

art. 5. & quodlib. i. quæst. 6. art. 12.
*in foro confessionis creditur homini, pro
 se, & contra se.* Si ergo omnibus con-
 sideratis debitam dispositionem ad-
 esse judicet, deposito dubio, absolu-
 tionem conferat. Ratio hujus re-
 solutionis est, quia supposito quod
 pœnitens periculum non advertit,
 rectè accedit ad confitendum pro
 adimplendo præcepto, sive annuæ
 confessionis, sive famæ conservan-
 dæ; & aliunde Sacerdos debitè illum
 admittit, cùm sibi nihil timeat, &
 de pœnitentis periculo solum dubia-
 tet; unde prudenter sperare potest,
 quod serijs suis increpationib⁹, &
 salutaribus monitis periculum, si
 quod est, prorsus expirabit.

45 Si autem de pœnitentis pe-
 riculo Sacerdos certus sit; quam pri-
 mū agnoscat, confessionem termi-
 net; & ad notam vitandam, absolu-
 tionem indicans, sicut communi-
 ter fit, pœnitentem repellat. Ratio
 est, quia in cali casu juxta prudens
 Sacerdotis judicium pœnitens indis-
 positè absolutionem acciperet, ip-
 sam-

Samque Sacerdos sacrilegè conferret,
quod nullatenus faciendum est, etiam
si fama , & vita , utriusque deper-
datur. Sed si absolutionis dicto indi-
cio , vel aliqua ingeniosa callidita-
te effugium ad samam servandam in-
venerit , ad sumendam tamen Eu-
charistiam eadem necessitas urgeat;
contritionem eliciat, & seculo scan-
dalo ad sacram communionem ac-
cedat. Sed nisi prudenter judicet se
esse contritum , & coram Deo abs-
que peccato , sacra mensa abstineat,
ne abysus abyssum invocet. Ne igi-
tur talibus angustijs animæ torquean-
tur , hujusmodi peccata fugiant , &
abhorreant : & si aliquando (quod
absit) ea commiserint , pijs lacry-
mis , & exercitijs vacent , ut de rec-
ta dispositione , ad tantum malum
vitandum , tempore necessitatis cer-
tiorientur. Nota , quod prædictum
periculum potest esse , vel admitten-
di turpem delectationem ortam ex
recordatione , & narratione peccati,
facta Sacerdoti complici ; vel ipsum
Sacerdotem ad novum peccatum in-

citandi; inter ista vero unicam ad-
vertō differentiam, scilicet, quod
prava incitandi intentio facilius po-
terit à Sacerdote in confessione cog-
nosci, & propter ipsam debet pœ-
nitens acrius objurgari, & repelli.

46 Si periculum ex parte Sacer-
dotis se habet, etiam sub distinctione
est loquendum; vel pœnitens nos-
cit periculum, vel illud nescit; si
nescit, confessio erit valida, & fruc-
tuosa, etiam si Confessarius peccet,
& indispositè absolvat. Ratio, quia
pœnitenti rectè disposito, & bona
fide accedenti favet necessitas, qua
ut ait S. Thom. *legi non subditur;* &
aliunde indispositio Ministri absolu-
tionem non irritat.

47 Quando vero pœnitens nos-
cit Sacerdotis periculum, illudque
probabilitè timet, nequit ad confi-
tendum accedere, quamvis tempus
sit annuæ confessionis, & utrique
infallibilitè sequatur infamia. Reso-
lutio hæc, & si graves patitur diffi-
cultates, est ad mentem S. Thom.
loco ex sent. sup. num. 9. cit. Ratio

Videtur irrefragabilis; nam præceptum charitatis hoc totum efficit. In primis, præceptum confessionis tunc non obligat, quia charitas, quæ finis est omnis præcepti, præcipit penitenti, ne Confessarium in peccandi periculum per confessionem inducat; unde si accedat ad confitendum, contra charitatem peccat, ac per consequens factilegè confitetur. Deinde tenetur pro salute spirituali Sacerdotis propriam famam expondere, quamvis ex naturali præcepto debet de bono nomine curam habere. Ratio, quia juxta ordinem charitatis bonum spirituale proximi præfertur proprijs bonis temporalibus; unde certum est, quod debemus pro fratribus animas, id est, corporalem vitam, ponere, cum unius animæ præiudicium majus sit, quam mors innumerablem corporum, ut ait S. Th. Debet ergo pœnitens, quamvis sibi securus de periculo sit, ritèque dispositus, propriam famam, propter spirituale vitam Sacerdotis, charitatis legi sacrificare, & à confessione abstinere.

CONTRA PRÆCEDENTEM
resolutionem datam aliqua argumenta
proponuntur, & solvuntur.

48 **D**ices: ordo charitatis al-

legatus oppositum re-
solutionis convincit; præcipit enim,
quod bonum spirituale propter
alieno præferatur: ita S.Thom. 2. 2.
quæst. 43. art. 8. ad 2. dicens: *Cum*
mandatur, quod aliquis diligat proxim
um sicut se ipsum, præfertur dilectio
sui ipsius dilectioni proximi: nam ut art.
7. præcedenti ait: *Cum dicitur, sicut*
se ipsum, non est intelligendum quantum
ad hoc, quod aliquis proximum sibi equa
liter diligat, sed similiter sibi: atqui in
præsenti casu non solum pœnitentis
fama, sed etiam vita spiritualis in-
tervenit, cum supponatur annua confessionis
obligatio, quæ mortem animæ per peccatum præsupponit: ergo
juxta ordinem charitatis tenetur
pœnitens animæ suæ consulere, post-
positoque spirituali damno Sacerdo-

tis ex malitia sua proveniente , vi-
tam propriam spiritualem per con-
fessionem acquirere , prout rectæ suæ
dispositioni urgens necessitas conce-
dit.

49 Confirmatur. Falsum enim
est , quod poenitens absolute tenea-
tur famam suam vilipendere , eam-
que infallibili dispendio exponere,
confessionem , propter peccatum Sa-
cerdotis vitandum , omittendo ; nam
juxta S.Thom. art. 8. immediatè an-
tea citato , temporalia bona quando-
que dimittenda non sunt propter
scandalum vitandum : *Aliquando vero*
(ait S. D.) *scandalum nascitur ex ma-*
litia , quod est scandalum Pharisaorum ,
& propter eos , qui sic scandala conci-
rant , non sunt temporalia dimittenda :
sed juxta eundem S. D. 2. 2. quæst.

73. art. 2. Corp. *Inter res temporales*
videtur fama esse pretiosior , per cuius
defectum impeditur homo à multis bene
agendis. Propter quod dicitur Eccles. 41.
curam habe de bono nomine , hoc enim
magis permanebit tibi , quam mille the-
sauri magni , & pretiosi : ergo propter

peccatum ex Sacerdotis malitia pro-
veniens , confessio non est omit-
tenda.

50 Ulterius ; spiritualia bona
propter scandalum dimittenda non
sunt , sicut idem S. D. quæst. 43. cit.
art. 7. docet , ubi ait : *Est autem in
spiritualibus bonis distinguendum. Nam
quædam horum sunt de necessitate sa-
lutis , quæ prætermitti non possunt , sine
peccato mortali. Manifestum est autem ,
quod nullus debet mortaliter peccare , ut
peccatum alterius impedit ; quia secun-
dum ordinem charitatis plus debet homo
suam salutem spiritualem diligere , quam
alterius : & ideo ea , quæ sunt de ne-
cessitate salutis , prætermitti non debent
propter scandalum vitandum. In his au-
tem spiritualibus bonis , quæ non sunt
de necessitate salutis , viderur distin-
guendum : quia scandalum , quod ex eis
oritur , quandoque ex malitia procedit ,
cum scilicet , aliqui volunt impedire hu-
ijsmodi spiritualia bona , scandalum con-
citarando ; & hoc est scandalum Phari-
seorum , qui de doctrina Domini scan-
dalizabantur , quod esse contemnendum*

Dominus dicit Matth. 15. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia, & hujusmodi est scandalum pusillorum, propter quod sunt spiritualia bona, vel occultanda, vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque reddit a ratione, hujusmodi scandalum cesseret. Si autem post redditam rationem hujusmodi scandalum duret, iam videtur ex malitia esse. Et sic propter ipsum non sunt hujusmodi spiritualia opera dimittenda; haec S. Thom. Sed sacramentalis confessio est de necessitate salutis poenitenti existenti in mortali, maximè pro tempore, in quo præceptum confessionis instat: ergo propter peccatum Sacerdotis non debet poenitens illam omittere; quia secundum ordinem charitatis plus debet homo suam salutem spiritualem diligere, quam alienum, ut ait S. Thom. Immo in resp. ad 4. docet, quod: Etiam consilia nostra sunt simpliciter dimittenda, nec etiam misericordia opera propter scandalum; sed sunt interdum occultanda, vel differenda propter scandalum pusillorum: ergo

go multo minus dimittenda est confessio necessaria ad justificationem, maxime quando urget præceptum.

S. VII.

SENTENTIA UVIGANDI
refertur, & impugnatur.

Hanc esse S. Thom. mensam, propugnat Uvigandt, tract. 7. exam. 7. num. 59. ubi ait: Generaliter loquendo, juxta probabiliorem sententiam, scandalis vitandi causa nibil licet prætermittere, quod hic, & nunc cadit sub præcepto positivo, sive divino, sive humano obligante sub mortali. Est contra diversos DD: sed S. Thom. videtur stare pro hac sententia. Nam i. sic ait cit. art. 7. in Corp. Eas, que sunt de necessitate salutis, prætermitti non debent propter scandalum vitandum. Subsumo: Sed impletio præcepti, sive divini, sive humani obligantis sub mortali, est de necessitate salutis: ergo. Et infra num. 60. ait: Quid ergo dicitis ad hos casus 1. Persona quedam

cognoscit, confessarium suum graviter scandalizandum ex quodam peccato; si illud ei confiteatur, tenetur ne illud recicere? Pro solutione hujus casus ait: Ad hæc affirmativè respondent etiam quidam Thomistæ, qui nostræ sententia contrariantur. Sed consequenter ad positam sententiam, ejusque fundamenta, probabilior mihi videtur resolutio negativa. Nam in Confessario verum est illud: perditio tua ex te. Si tamen confessio potest differri, differenda est: si alius Confessarius haberit possit, quarendus est. Hucusque Uvigandt.

52. Quæ sit S. Thom. mens circa propositum, dixit idem S. Thom. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3. quæstiunc. 1. arg. 5. quod sequentibus verbis, quæ reperies etiam Supl. 3. part. quæst. 8. art. 4. arg. 5. proponit: Præterea, illud quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat ut Bernard. dicit: sed confessio, quæ pro charitate instituta est, contra charitatem militareret, si homo ad confitendum uni Sacerdoti esset obligatus: ut puta, si peccator sciat Sacerdotem suum bare-

hereticum , aut solicitatorem ad malum ,
aut fragilem ; quia ad peccatum quod
quis ei confiteretur , sit pronus , vel si re-
velator esse confessionis probabiliter exis-
timetur , vel peccatum contra ipsum com-
missum sit , de quo quis confiteri debeat :
ergo videtur , quod non semper oporteat
confiteri proprio Sacerdoti .

53 Ad quod sic responderet : *Ad*
quintum dicendum , quod in casibus illis ,
in quibus probabiliter timeret pœnitens pe-
piculum sibi , vel Sacerdoti ex confessio-
ne , quam ei faceret , debet recurrere ad
superiorem , vel ab eodem petere licen-
tiam alteri confitendi ; quod si licentiam
habere non possit , idem est iudicium ,
quod de illo , qui non habet copiam Sa-
cerdotis , unde magis debet eligere lai-
cum , cui confiteatur . Nec in hoc trans-
greditur aliquis præceptum Ecclesie , quia
præcepta juris positivi non se extendunt
ultra intentionem præcipientis , qua est
finis præcepti , hoc autem est charitas ,
secundum Apostolum . Nec etiam aliqua
injuria fit Sacerdoti , quia privilegium
meretur amittere , qui concessa sibi ab-
utitur potestate . Hæc S. Thom. cuius

verba, verbis Uvigande collata, ex diametro opposita sunt.

54 Nihil magis in proposito habui, quam succinctè opusculum istud concludere, sed circa præsentem difficultatem aliquantulum immorari cogor; & quia claritas ex distinctione provenit, sub multiplici distinctione oportet nunc loqui. Circa verba S. Thom. quibus sententiam suam manifestè explicavit, advertes, quod in loco præcedente loquitur de periculo, quod imminet Sacerdoti ex confessione, quam pœnitens ei ficeret, ad quod numerat in argu-
mento diversa peccata, sed præscindit in eis à circumstantia præsentis materiae, nempe quod tale pericu-
lum oriatur ex eo, quod Sacerdos fuerit complex in peccato, ex cuius confessione provenit periculum; quæ quidem circumstantia per multum refert, de quo postea. Nunc ergo agendum est de periculo in ea gene-
ralitate, qua proponitur à S. Thom.
loco relato, & etiam ab Uvigande,
ut ex illius verbis constat.

Ex

55 Ex eo , quod S. Thom. assertit , quod ea , quae sunt de necessitate salutis , prætermitti non debent propter scandalum vitandum; statuit Uvigandus suam conclusionem his terminis : Generaliter loquendo , scanduli vitandi causa nihil licet prætermittere , quod hic , & nunc cadit sub præcepto positivo , sive divino , sive humano obligante sub mortali . Assertio ista est vera ; quia ut ait S. Thom. Manifestum est , quod nullus debet mortaliter peccare , ut peccatum alterius impedit . Nunc implicite subsumit Author cit . Sed tempore Paschatis præceptum confessionis obligat sub mortali penitentem hic , & nunc ergo non licet tunc confessionem prætermittere causa vitandi scandalum Sacerdotis , ex tali confessione securum . Hæc consequentia est responsio , qua consequenter ad dicta casum solvit . Sed S. Thom. minorem , & consequentiam sui sillogismi negat . Minorem quidem dicendo : Nec in hoc transgreditur aliquis præceptum Ecclesiæ , quia præcepta juris positivi non se extendunt ultra intentionem præcipientis ,

que

qua est finis præcepti; hoc autem est charitas secund. Apost. Nota ly præcepta iuris positivi, in quo omnia præcepta dicti juris comprehendit; & quod de præcepto annuit confessionis expressè loquitur S. D. agendo in toto articulo de Decretali Innocentij: Omnis utriusque sexus; hocque in casu periculi Sacerdotis non obligare asserrit: Uvigandt vero obligare propugnat, nam licet de præcepto nihil dicat expressè in casu, quem resolvit, piè sic debemus illum interpretari; siquidem secluso præcepto, talis confessio esset pro libito facta, & circa hujusmodi ait S. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 4. in Corp. Quandoque vero scandalum est peccatum mortale, sive quando committit actum peccati mortalitatis, sive quando contemnit salutem proximi, ut si pro ea conservanda non prætermittat aliquis facere, quod sibi libuerit. Loquitur S. Thom. hic de scandalo activo.

56 Habemus ergo iuxta S. Thom. quod pœnitens in tali casu debet confessionem omittere ex præcepto
char.

charitatis erga Sacerdorem , qnia
 præceptum juris positivi de confes-
 sione facienda generaliter obligantis,
 hujusmodi pœnitentem non ligat.
 Propterea S. Thom. accuratissimè
 dixit in sua propositione majori:
*Quædam spiritualia bona sunt de neces-
 sitate salutis , quæ prætermitti non pos-
 sunt sine peccato mortali.* Et in mino-
 ri: *Sed manifestum est , quod nullus de-
 bet mortaliter peccare , ut peccatum al-
 terius impedit.* Infert nunc : *Ergo que
 sunt de necessitate salutis , prætermitti
 non debent propter scandalum vitandum.*
 Ita S. Thom. ex quo subsumo , ver-
 ba ipsius in loco sent. adducendo:
 sed pœnitens in casu posito *non trans-
 greditur præceptum Ecclesie* , conse-
 quenterque non peccat mortaliter,
 confessionem omittendo: ergo po-
 test illam omittere , ut peccatum al-
 terius , scilicet Sacerdotis , impedit.
 Min. prob. ex ipso S. D. Præcepta
 juris positivi non se extendunt ul-
 tra charitatem , quæ est finis omnis
 præcepti: id est , quando adimple-
 tio alicujus præcepti juris positivi,

pug-

pugnat cum adimpletione præcepti charitatis , jus positivum non obligat , quia fortius est charitatis præceptum : sed in nostro casu jus positivum confessionem præcipiens , cum præcepto charitatis de Sacerdote non scandalizando pugnat : ergo tunc jus positivum præcipiens confessionem non obligat , ac per consequens illam omittendo pœnitens non transgreditur præceptum Ecclesiaz Hæc est ratio Thomistarum , immo potius , ratio S. Thomæ à qua recedit Uvigatorum in præsenti casu , quem resolvit negativè , pro sequela inferens , quod non licet tunc scandali vitandi causa confessionem prætermittere , nam in confessario verum est illud ; *perditio tua ex te.* Per oppositum , magis consequentè insert S. Thom. quod de hujusmodi pœnitentia idem est judicium , quod de illo , qui non habet copiam Sacerdotis .

57 Dices: hujusmodi periculum vel provenit ex malitia , vel ex fragilitate Sacerdotis ? Si ex malitia , scandalum est Pharisæorum , quod

con-

contemnendum esse, docet S. Thom. ut vidimus sup. num. 42. proindeque tenetur pœnitens confiteri. Si autem ex fragilitate procedit, est scandalum pusillorum, propter quod (ait S. Thom.) sunt spiritualia bona, vel occultanda, vel etiam interdum differenda, quousque redditio ratione, hujusmodi scandalum cesseret: si autem post redditam rationem hujusmodi scandalum duret, jam videtur ex malitia esse; & sic propter ipsum non sunt hujusmodi spiritualia opera dimitenda. Ergo juxta S. Thom. debet pœnitens differre confessionem, quousque rationem reddat, & si post redditam rationem adhuc periculum manet, spredo illo, tenetur præceptum confessionis adimplere, quia jam periculum ex malitia procedere videtur, & recte dicitur Sacerdoti: *perditio tua ex te.*

58 Resp. quod debemus intelligere, S. Thom. loqui de periculo proveniente ex infirmitate, hocque sufficienter innuit in argumento ab ipso proposito. Verumtamen circa doctrinam in replica adductam audi-

Emi-

Eminentis. Caietanum: Adverte, quod Author non assertivo verbo uitetur, sed opinativo, dicendo: Nam videtur ex malitia esse. Potest siquidem contingere, quod pusilli non sint capaces rationis reddire, vel propter pristinam consuetudinem, que facit apparere dissonum, quod veritati consonat, vel propter rationem apud eos magis apparentem, vel aliquid hujusmodi. Et tunc ex quo malitia non facit scandalum, sed ignorantia, vel infirmitas, quamvis reddit a stiratio, cessandum est ab hujusmodi spiritualibus non necessarijs. Doctrina haec mihi videatur verissima, quia scandalum Phariseorum explicat S. Thom. in eodem art. dicens: Ex malitia procedit, cum scilicet, aliqui volunt impedire hujusmodi spiritualia bona, scandala concitando; & hoc est scandalum Phariseorum, qui de doctrina Domini scandalizabantur. Præterea, quod dicit S. Th. de reddenda ratione, locum in præsenti non habet; quia dum pœnitens scit Sacerdotem esse fragilem, & ad peccatum, quod confitendum erat ei, pronum, quam rationem po-

potest reddere , quæ ad hujusmodi
 fragilitatem auferendam sufficiens
 sit , & ad periculi cessationem po-
 tens ? Deinde , si extra confessionem
 peccatum illud hujusmodi Sacerdoti
 cum advertentia periculi narraret ,
 debemus omnes dicere , quod esset
 grave peccatum ; unde cum idem
 periculum ex confessionali colloquio
 prudenter timetur , dicendum etiam
 est , quod pœnitens induceret Sacer-
 dotem ad peccatum ; siquidem ad-
 vertenter proferret verba ex se in-
 ductiva respectu talis personæ , li-
 cit respectu alterius talia non essent ;
 quapropter censenda sunt hic , &
 nunc tanquam scandalum activum ,
 de quo ibidem ait S. Thom. *Cum*
scandalum activum sit dictum , vel fac-
tum minus rectum , nihil est cum scan-
dalo activo faciendum. Nec obstat quod
 talia verba in quantum manifesta-
 tiva peccati in confessione , licita
 sunt ; nam ut ait S. Thom. loc. cit.
ex 2. 2. art. 1. ad 2. *Ad hoc ut ali-*
quod dictum , vel factum minus rectum
sit , & occasionem spiritualis ruinae præ-
bens ,

bens, scandalum actuum dicatur, non requiritur quod sit peccatum, sed sufficit, quod habeat speciem mali, quamvis secundum se licitum sit, & absque corrupta intentione factum.

59 Nec dicas, quod similitè potest contingere, ex egressu mulieris aliquem in peccatum ruere propter nimiam fragilitatem; & tamen juxta plures Authores fœmina non tenetur sua libertate privari propter ruinam turpiter illam aspicientis, & amantis. Et multo minus quando ob causam necessariam egreditur, ut invisendi ratione urbanitatis, cundi ad Ecclesiam, & similia: ergo pariter dicendum est in præsenti de fragilitate hujusmodi Sacerdotis, scilicet, quod pœnitens propter illam non debet confessione privari. Circa citatam opinionem vide Sanchez in Decalog. l. i. cap. 6. num. 16. & 17.

60 Resp. alia ob brevitatem prætermittendo, quod fragilis ex aspectu fœminæ peccans, potest occasionem fugere, vel saltem visum, & attentionem ab objecto excitativo abstra-

abstrahere , quod si non facit , ipse in periculum se iniicit ex propria electione . Sacerdos verò tenetur ex munere audire , & attendere ad ea , quæ pœnitens confitetur , unde ipse non eligit periculum , sed pœnitens , qui advertens periculum , & fragilitatem , ad confitendum accedit . Adverte quod S. Thom. in argumento ex sent. adducto ponit aliqua , quæ ex malitia Sacerdotis procedere possunt , ut quod sit hæreticus , aut revelator confessionis , quia ex his potest pœnitens timere sibi periculum ; & ibi loquitur de periculi timore tam Sacerdoti , quam pœnitenti , ut constat ex responsione . Quapropter intelligendum venit , quod periculum , ex parte Sacerdotis prohibens confessionem , oritur ex fragilitate , ex parte vero pœnitentis , potest ori ri ex malitia Sacerdotis provocantis ipsum confitentem ad hæresim , v. g. aut ad aliud malum . Hucusque de periculo præcissivè considerato .

61 Nunc loquendo de illo , quando resultat ex eo , quod Sacerdos

complex fuit in peccato pœnitentis contra sextum præceptum commissio, vidimus jam num. 7. 8. & 9. quod juxta S. Thom. & plures alios cit. ibi, nec pœnitens debet tali Sacerdoti confiteri, nec Sacerdos complices absolvere; ita etiam tenet Silvester, verb. Confessor. 3. quæst. 5. citans pro eadem Hug. 30. quæst. 1. sup. cap. Omnis, circa presbyter. Grec. quia culpa præcedens aiguit periculum gravius, dum in confessione manifestata in memoriam revocaret expertam delectationem, qua fortius imaginatio excitaretur ad peccatum iterandum. Sicque passim legimus, graviora certamina pati illos, qui lapsum carnis habuerunt; & spirituales cautè consulunt, quod ad contritionem, confusionem, aut humilitatem excitandam, peccata carnalia singulatim percurrere non expedit, nisi virtus robustior securitatem certò promittat. Quapropter huiusmodi intetveniente periculo fortius tenent prædicta, nam imminentis peccatum ex fragilitate proce-

cederet. Præterea, reddere rationem, ut cesset periculum, nec ad rem venit, nec est ullatenus consulendum; nam ipsa confabulatio noviter provocaret; unde meritò commercium inter hujusmodi personas à confessarijs earum semper interdicitur. Ex quibus convincitur, tale periculum esse pusillorum scandalum, ac per consequens à pœnitente vitandum, nisi graviter peccare velit. Hæc omnia perspiciens Uvigandt, rectè dixit loco, num. 6. cit. *Planè non expedit, ut complicem audiat, ne detur occasio liberius relabendi:* quod maximè in præsenti tenet, dum supponimus existens periculum, in quo auditio ipsa est formaliter occasio.

62 Adhuc obicies. Quamvis dicta de periculo planè admittantur, adhuc videtur, quod pœnitens potest, & ex præcepto tenetur confiteri; nam juxta S. Thom. 3. part. quæst. 64. art. 6. ad 2. *Ille qui ad Sacramentum accedit, suscipit Sacra menta à ministro Ecclesiæ, non in quantum est talis persona, sed in quantum est minister*

Ecclesiae ; & ideo quandiu ab Ecclesia
toleratur in ministerio , ille , qui ab eo
fuscepit Sacramentum , non communicat
peccato ejus , sed communicat Ecclesiae ,
qua eum tanquam ministrum exhibet: hæc
S. Thom. Subsumo: Sed quando pœ-
nitens non communicat peccato mi-
nistri , debet præceptum adimplere:
ergo pariter dicendum est in nostro
casu. Resp. Aliud est accipere Sacra-
mentum ab indigno ministro , aliud
inducere ad Sacramenti administra-
tionem indignum ministrum , &
aliud tandem inducere , sive adver-
tentè exponere ministrum ad pec-
candum per Sacramenti administra-
tionem. Primum absolutè licet , quia
ut ait S. Thom. ibi ad 3. non est in-
conveniens , quod sit perplexus minister
suppositio quod velit remanere in peccato.
Secundum in duobus casibus licet
etiam juxta Caiet. ibi ; primus est si
minister tenetur ad Sacramenti ad-
ministrationem : Secundus est , arti-
culus necessitatis ex parte pœnitentis , & simul , quod minister sit pa-
ratus ministrare Sacramentum. Ter-
tium

tium vero non licet ; & ratio dispa-
 ritatis est , quia in duobus prioribus
 malitia ministri præsupponitur ad Sa-
 cramenti administrationem ; in ter-
 tio autem ex administratione sequi-
 tur malitia , quia ipsa administratio
 est occasio peccati . Unde ex illis ad
 hoc non tenet consequentia . Immo ,
 notare debet in secundo , quod etsi
 præsupponitur malitia , requiritur
 necessitas recipientis , & paratio mi-
 nistrantis ; alias induc̄tio erit illici-
 ta . Ex quo intelliges , quam delica-
 tum , periculosem , & formidabilem
 est , ad peccatum inducere , & quod
 necessitas ad hoc non sufficit , nisi
 prius voluntas iniqua præparatione
 sacrilegij virtus ebiberit . Minime
 igitur in præsenti consu-
 lendum ,



*ALIORUM DOCTORUM
sententia adducitur, & expli-
catur.*

B 83 **A**lia mitiore via cele-
berrimi DD. levamen-
in nostro conflictu parant; dicendo,
quod debet poenitens reticere in con-
fessione peccatum illud, quod Sa-
cerdoti esset occasio ruinæ, si mani-
festaretur, cum proposito illud con-
fitendi postea. Sic Caiet. in Summ.
verb. Confessio, cond. 3. & 10. Sil-
vest. verb. Confessio, 1. quæst. 18.
Soto in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5.
fol. mihi 834. Navar. Manual. cap.
9. num. 12. Busemb. apud Lagroix,
tom. 1. lib. 2. art. 2. resp. 5. cas. 3.
citans pro eadem sententia Laym.
Hi omnes tenent, quod scandali vi-
tandi causa, spiritualia bona, quæ
sunt de necessitate salutis, præter-
mitti non debent; & tamen ex hoc
non inferunt, Sacerdotis periculum
spernendum esse, ut confessionis

præ-

præceptum impleatur ; sed prædic-
 tam viam nobis unicè demonstrant.
 Unum ex illis adducere propter bre-
 vitatem sufficiat. Ait enim Soto : *In*
casu dicti periculi , quando nulla expec-
tatur commoditas alij Sacerdoti confi-
teri , nulla vult ratio , ut ob nequitiam
Sacerdotis subditus suo fraudetur com-
modo , atque adeo potest illa peccata con-
fiteri , qua sine periculo potest ; quando-
quidem per ipsum pænitentem non stat ,
quomirius omnia confiteretur. Hoc esse
 glossare Sanctum Thomam , dicit
 iste Magister , & certe hujusmodi
 glossam libentissimè admittere de-
 bemus , non solum quia tantorum
 Doctorum , sed maxime , quia ces-
 sante per tale medium periculo , Sa-
 cerdotis salus non periclitatur , ac
 per consequens nec præceptum cha-
 ritatis infringitur. Ex alia parte præ-
 ceptum positivum de integritate con-
 fessionis non obligat , nam necessi-
 tas urgens , quam supponimus , se-
 cum affert dispensationem , ut docet
 Divus Thomas , & jus ad famam
 conservandam præponderat , sicut

frequentissime traditur ab Authoribus. Recte ergo dicitur , quod debet pœnitens hujusmodi peccatum occultare , & sacramenta ad salutem necessaria recipere.

64 Sed quamvis doctrina hæc speculativè concepta verissima sit, restat tamen , quod in praxi verificeatur , ex occultatione peccati cessare periculum , ex quo totum pendet negotium. Et quia universale plura complectitur , ad confusionem vitandum singula percurrere oportet. Dividamus ergo peccata sic ; alia contra sextum præceptum , alia contra cœtera præcepta : item alia , in quibus confessarius fuit particeps , & alia , in quibus non participavit. Quibus divisionibus factis , sequentes regulas statuo.

65 Prima. Ex omissione peccatorum , quæ contra sextum præceptum , seu turpia non sunt , in quibus confessarius particeps non fuit; prudenter judicari potest , cessare periculum , quod unicè ex eorum manifestatione timetur , si aliunde con-

confessario nota non sunt. Patet hæc regula , nam alias nullus posset accedere securè.

66 Secunda regula. In illis vero non turpibus , in quibus Sacerdos participavit , sola omissio eorum non suadet prudenter periculi cessationem , sed debet ex circumstantijs conjectari. Casus pro claritate propono , v. g. Pœnitens , cum quo Sacerdos avarus usuris diutius operam dedit , vitium detestatus , ab illis abstinet ; quod quidem ægrè fert Sacerdotis cupido , quæ in causa fuit , ut alios solicitaret ; hujusmodi pœnitens debet credere , quod periculum extat , quamvis omittat peccata. Per oppositum. Pœnitens , v. g. quo Sacerdos aliquando exorta occasione ad injustam vindictam cooperatus est , tali occasione jam penè oblita , animisque magna ex parte sedatis , prudenter judicare potest , quod omissis vindictæ peccatis , quorum recordatione Sacerdos excitaretur , nullum erit periculum. Ex his alios casus collige.

Terc

67 Tertia regula. Omissio turpium peccatorum , in quibus confessarius complex non fuit , nec illorum aliunde conscius est , periculi timorem prudenter amovet. Regula patet ; nam alias nemo cum securitate illi confiteretur.

68 Quarta regula. Omittens turpia cum Sacerdote commissa , si absit periculum pœnitentis cognoscendi à confessario complice , idem quod in præcedenti casu dicendum est ; & similiter in primo casu regulæ 2. num. præcedentis , si pœnitens ita occultetur obvolutus , ut à Sacerdote non agnoscatur ; hoc monet , quoad fieri possit , Caietanus ubi supra , cond. 3. quod quidem in foeminis non erit difficile si vocem mutent ; in viris autem majorem habet difficultatem , nisi loci obscuritas multum faveat.

69 Regula quinta. Verumtamen si pœnitens cognosci timet , sub distinctione dico : si hujusmodi peccata turpia , semel , aut iterum commissa sunt , posteaque notabili transacto tempore , ita ut , attentis circumstan-
tijs

tis iudicetur non esse iteranda , fundatè credi potest , abesse periculum.

70 Regula sexta . Si autem longo tempore frequentè repetita , seu pauci ante confessionem , maxime peccata completa , vel etiam incompleta notabilitè excitantia perpetrata sunt , plenoque animo à Sacerdote admissa , prudentè judicari debet , vel ad minus vehementè timeri , ad esse periculum . Aliæ plures circumstantiæ in praxi ocurrere possunt , quibus discrete ponderatis , sapiens occurrentes casus resolvet .

71 Circa prædictas regulas advertendum est , quod eas tanquam infallibiles non adhibeo , sed ad præbendum indigentibus aliqualem lucem (etenim parvulus parvulis loquor ; à doctis verò doceri cupio) præsertim in casibus ad Sanctionem istam pertinentibus . Et licet nullus ex AA. citatis hujusmodi regulas afferat , tamen conformitè ad ipsorum sententiam adhibentur ; nam occultationem peccati assumunt tanquam medium ordinatum ad cessa-

tio-

tionem periculi , unde si aliquo casu
contingat , sicut revera contingere
potest , quod periculum non cesseret ,
tunc supervacanea erit occultatio , &
contra eorum mentem . Etiam ad-
vertendum est , quod in casibus , in
quibus dubitatur de prædicto peri-
culo , inter reliquas circumstantias ,
quæ ad resolutionem dubij compu-
tantur , parvi ponderis non sunt ad
dubium benignè interpretandum fa-
ma , & spiritualis salus pœnitentis ,
quamvis per se solæ non sufficienter .
Denique advertere oportet , quod
dummodo confessio differri posset ,
ad hoc pœnitens tenetur , quia tunc
debet parere præcepto de integrita-
te confessionis ; sic expressè tenent
præcitatii Doctores , cum quibus in
hac parte stat Uvigandt , ut constat
num. 43.

72 Si autem confessio differt
nequit , & ex occultatione peccati
prudenter judicatur , cessare pericu-
lum , debet pœnitens , omisso tali
peccato , reliqua Sacerdoti compliciti
confiteri . Hæc est sententia Docto-
rum ,

rum , quos supra citavi , quibus di-
rectè opponitur Uvigandt , sicut pa-
tet ex propositione casus , quæ est :
Persona quadam cognoscit , confessarium
suum graviter scandalizandum ex quo-
dam peccato , si illud ei confiteatur , re-
netur ne illud recidere ? Et respondeat :
Probabilior mihi videatur resolutio nega-
tiva. Authorem istum veluti Magis-
trum in moralibus veneror , nam
ipsum præ alijs semper ad manum
habeo ; fateor tamen ingenuè quod
hæc opinio , quam probabiliorem
docet , mihi omnino repugnat prop-
ter duo . Primum , quia magnum
authoritatis pondus contra se habet .
Secundum , quia frequentissimum
apud Doctores est , quod imminens
infamiae periculum causa sufficiens
est ad confessionem dimidiandam ;
ergo ex hac parte rectè in hoc casu
tale peccatum occultatur , ut famæ
pœnitentis , suæque , & Sacerdotis
spirituali saluti provideatur . Cur er-
go opinio tam communiter accep-
tata , & ab Ecclesia minime censu-
tata contemnitur ? Ex alia parte pe-
ri-

riculum ministri spernit , ne pœnitens Sacramento prævetur ; quodquidem contra S Thom. dicitur , & tanquam sequela ex S. Thom. doctrina proponitur , cùm nullus ex prædictis , inter quos , qui magis doctrinam S. Thom. calluerunt , talem sequentiam invenerit ; nec in rei veritate ex allegatis testimonij comprobatur , nec deducitur , ut manifestis dispartitatibus adductis vidimus , hujusmodi illatio.

73 Nec opinio quæ afferit licere juramentum petere ab eo , de quo scitur , quod falsò juratus est , quæ magnam apparentiam habet , aliquid urget ; nam nullus dicit , licere petere tale juramentum pecuniam , aut quodlibet aliud alliciens offerendo ; quia tunc peccatum ex acceptantis fragilitate proveniret ; non autem ex sola illius malitia , sicut in primo casu , in quo jurat falsò quia vult , cum possit liberè veritatem jurare ; ex quo infertur , quod sicut peccat , qui pecunijs fragilitatem acceptantis provocat , pariter qui suo peccato

Sa-

Sacerdotis fragilitatem excitat. Relinquitur ergo quod doctrina S. Th. in sentent. tenenda est, & in casu necessitatis debemus uti sententia Doctorum sup. cit. sicut dictum est; in casu verò in quo periculum Sacerdotis non cesseret, pœnitens abstinere debet à confessione, nisi sit in extrema necessitate spirituali, in quo casu tenetur propriam spiritualem salutem alienæ præponere ex præcepto naturalis, & supernaturalis charitatis; & hoc est quod docet S. Thom. loc. num. 40. & 42. alleg. quia in tali casu si pœnitens prætermitteret confessionem, quæ est ei de necessitate salutis, mortaliter peccaret; manifestum est autem Sancto Thomæ, quod nemo debet mortaliter peccare, ut peccatum alterius impediatur. Per hæc patet responsio ad objecta.

) (§) ((✕)) (§) (

R E S O L U T I O Q U I N T A.
Potest confessarius complicem absolvere à peccatis turpibus olim commissis, jamque ritè absolutis.

74 **D**ubitari ab aliquo reperi, an possit confessarius complicem absolvere à peccatis turpibus olim commissis, ritèque absolutis, quæ inter alia in confessione pro libito facta confitetur? (sed præterquam quod difficultas hæc in praxi facillimè solvit, talia peccata, utpotè materia voluntaria, reticendo) quia: *absolvere*: est ligatum solvere (propterea enim dicitur pœnitentia Sacramentum mortuorum) & peccata remissa semel amplius non ligant, Deus utique quantum distat ortus ab occidente ea longè facit à nobis; videtur dicendum, quod sic, cum ex Sanctione non constet, illorum absolutionem prohiberi, quæ non indigent solutione; esset ergo nimius rigor usque ad hoc pœ-

pœnam extendere. Verùm si ex tali confessione relabendi periculum timetur, nequaquam licebit; non ex vi Sanctionis, sed ratione periculi.

§. X.

R E S O L U T I O S E X T A.
Si sedente confessario ad confessiones audiendas, pœnitens complex' inter alios accedat, ipsius confessio non excipiatur.

75 **Q**Uæres item. Si sedente confessario ad confessiones audiendas, accedat ad ipsum inter alios pœnitens cum peccatis, in quibus ipse est complex, quid faciendum? Dico, quod si pœnitentem in ipso accessu cognoscat, singens negotium surgat. Si hoc absque nota nequit, caveat ne confessionem audiat, & aliquantulum post indicet absolutionem. Si autem in progressu confessionis noscat, ultra non progrediatur, nam in Sanctione prohibetur absolutio, &

G con-

confessionis audientia. Rogabis amplius; si neque in accessu, neque in progressu complicem agnoscat, valer ne absolutio ei ignorantè data? Resp. quod si pœnitens bona fide accedat, & alia peccata mortalia, aut venialia, præter inhonesta cum confessario commissa, pro materia apponat, erit valida absolutio, & inhonesta peccata manent indirecte remissa. Sic de reservatis Uvigandt, tract. 14. ex. 2. num. 29. & Vidal in Apend. tract. 18. ex. 2. §. 6. num. 43. Ratio est, quia bona fides excusat. Si autem dolosè accedat, nulla est absolutio, nam *frans*, & *dolus nemini patrocinatur*; unde sacrilegium committit. Potest etiam contingere, quod pœnitens cum oblivione inculpabili alicujus peccati turpis cum confessario commissi, ad ipsum pro confessione accedat, qui similem oblivionem passus illum absolvat, tunc quoque erit valida absolutio. Nota, quod in quocumque casu, præter mortis articulum, in quo licet complicem absolvere, debent pro materia Sacramen-

menti apponi alia mortalia , seu venialia à quibus possit Sacerdos directè absolvere ; & peccata turpia , si-
ve confessa , sive omissa , juxta dicta , in tali confessione , debet pœnitens alij Sacerdoti postea confiteri ,
quia solum indirectè fuerunt remis-
sa . Ita de reservatis in genere tener-
verior , & salubrior Theologorum
opinio , & à fortiori tenendum est
hic propter faciliorem recursum ad
absolventem directè .

§. XI.

R E S O L U T I O S E P T I M A :
Non potest confessarius complicem absolv-
ere à peccatis turpibus , quæ in alia
confessione tacuit , aut non satis expres-
sæt , vel culpabilem oblivionem circa
ipsa habuit .

76 **N**on potest confessarius
complicem absolvere à
peccatis turpibus , quæ in confessio-
ne alteri facta consultò tacuit , vel
non satis expressit , vel culpabilem

oblivionem circa ipsa habuit. Cernissima est resolutio , eamque de reservatis tenent Uvigandt , tract. 14. ex. 2. num. 31. Palao , tom. 4. tract. 23. punt. 15. §. 6. num. 3. Corella , tom. 1. Confer. tract. 7. conf. 11. n. 645. alijque plures : & meritò , quia non sunt debitè manifestata , nec remissa.

§. XII.

R E S O L V T I O O C T A V A.
Nec potest , quando talia peccata alijs Sacerdoti jam confessa sunt ; confessio tamen fuit nulla ex defectu doloris , aut alterius requisiti.

77 **N**ec etiam potest , quando talia peccata alijs Sacerdoti confessa sunt , egent tamen absolutione , quia præcedens confessio ex defectu doloris , aut alterius requisiti , nulla fuit.
(s) (

§. XIII.

§. XIII.

R E S O L U T I O N O N A.

*Nec etiam potest, quando talis confessio
fuit valida, & fructuosa ; indigent tamen
illa turpia peccata denuò confiteri, quia
ex obliuione inculpabili fuerunt
runt omissa.*

78

Nec etiam , quando talis confessio fuit valida, & fructuosa ; tenetur tamen illa turpia denuò confiteri , quia ex obliuione inculpabili fuerunt omissa.

79

Duæ istæ resolutiones magna nam ingerunt difficultatem, nam est concors Authorum sententia , quod peccata reservata amittunt reservationem per confessionem invalidam factam superiori, cui reservantur, vel jurisdictionem in reservata habenti; & etiam quando pœnitens animo reservata confitendi , superiori, vel jurisdictionem habenti præsentatur, ex illisque , aliquibus confessis , aliorum invincibiliter fuit oblitus ; tunc enim reservata confessa,directe, obli-

ta vero indirecte sunt remissa , ma-
 nent tamen sine reservatione , & a
 quolibet confessore possunt directe
 absolviri . Doctrina ista de reservatio-
 ne generali verissima est , verumta-
 men reservationi speciali , de qua in
 praesenti , illam applicare non inve-
 nio ; nam ratio ipsa , qua Authores
 assertum probant , magnum discrimen
 inter reservationem , & reser-
 vationem insert . Hae apud omnes
 unica est ratio . Finis reservationis
 est , ut peccata reservata manifes-
 tur superiori , qui ea judicet , pro eis
 penitentiam salutarem imponat , &
 ut graviora crimina , non a quibus-
 vis , sed a summis dumtaxat Sacer-
 dotibus absolvantur ; totum hoc in
 utraque confessione resolutionis fit ,
 vel saltem ex intentione legem istam
 implendi subditus ad superiorem ac-
 cessit , superiorque ipsum quantum
 potuit absolvit . Impleta igitur reser-
 vationis lege per quamlibet earum
 confessionem , manent absque reser-
 vatione peccata . Sic Authores de re-
 servatis in communi .

Ali-

80 Aliter vero res in præsenti se
habet, nam principale intentum non
est, quod pœnitens alicui superiori
turpia peccata manifestet, sed unicè
quod illa Sacerdoti complici non
confiteatur, sublata ei propterea qua-
cumque jurisdictione. Alteram acci-
pe disparitatem. Reservatio ibi non
tam procedit adversus confessarios,
quibus denegatur jurisdictionio, quam
adversus pœnitentes gravioribus fœ-
datos criminibus, ut difficultate ab-
solutionis consequendæ perterriti,
illis abstineant. Hic autem privatio
jurisdictionis non tam adversus pœ-
nitentes, quantum adversus confes-
sarios vibratur, sicut denotant illa sa-
nè terribilia verba: *Sacrilegi quidem
dæmonis, potius quam Dei ministri.*

81 Ex his disparitatibus jure col-
ligo, quod Doctores rectè ab illa
reservatione pœnitentes exonerant,
postquam laboris, & difficultatis ca-
licem biberunt; in ista vero prohibi-
tione etsi pœnitens aliquali misera-
ratione dignus fortassis esset, con-
fessarius tamen justam delicti sui

pœnam debet luere ; ut omnis occa-
sio periculi vitetur , maximè dum
præter ipsum inhabilitate affectum ,
ex innumerabili Ministrorum copia
quilibet est idoneus. Unde sicut pa-
titur jurisdictionis privationem ad
absolvendum ab his peccatis quan-
do alij Sacerdoti nullatenus confessi
sunt , ita in eadem privatione ma-
nere dicendum est , dum peccata ,
quorum particeps ipse fuit , vel re-
missa non sunt , vel ut solum indi-
rectè absoluta clavium jurisdictioni
debent directè subjectari. Ratio est
manifesta ; nam si licet , aut valide
posset ab eis absolvere , profectò non
esset ei sublata quacumque autoritas ,
et jurisdiction ad qualemcumque personam
ab hujusmodi culpa absolvendam ; quod
est contra thenorem Brevis. Et hæc
de secundo quæsito.

QUÆS.

QUÆSTIO TERTIA.

IAN ALIQUIS PRÆTER
Summum Pontificem possit ab excommun-
icatione reservata confessarium secus
facientem absolvere?

§. UNICUS.

CONCLUSIO E S T;
potest Episcopus proprius vi facultatis
à Tridentino concessæ , cap. Liceat Epis-
copis , &c. de Reformat. 6. sess. 24.
suos subditos à tali excommunicati-
tione absolvere.

82. **P**robatur ; quia privile-
gium hoc non deroga-
tur expressè in Sanctione ista ; quod
quidem necessarium erat , ut Epis-
copi dicta facultate essent privati ;
sicut de reservatis in Bulla in Cœna
Domini (hæresi excepta) & de
alijs Papæ , tam antè , quam post
Tridentinum reservatis , quoties-
cumque occulta sint , tenet verior,
82

& communior Doctorum opinio:

83. Præterea potest jure ordinario ab hac excommunicatione, quamvis publica, proprius Episcopus absolvere subditos suos, quando excommunicatus nequit ad Papam recurrere propter aliquod ex sequentibus impedimentis, ut habetur in cap. De cætero, de Sentent. excomun. Impedimenta sunt. 1. Periculum mortis in itinere, cap. Si quis suadente 17. quæst. 4. cap. Non dubium cognoscitur, cap. De cætero, cap. Quod de his, cap. Quamvis, de Sent. excom. 2. Infirmitas longa, etiam si periculosa non sit, ex dicto capite quod de his, & cap. Quamvis. 3. Paupertas, qua mendicare in via cogeretur, qui mendicare erubescit; qui verò mendicus est, ex hoc capite non excusat. Constat ex dictis juribus. 4. Ætas senilis, ex cap. Cognoscitur, & cap. Quamvis cit. 5. Jure animarum, vel temporalis dominij, quando creditis ovi bus, aut vassallis detrimentum ex absentia sequi timetur. Ex cap. Mu-

lie-

lieres ; cap. De cætero , & cap. Ne
 pro dilatione , de Pœnit. & remiss.
 6. Debilitas in personis delicatis, qui-
 bus labores itineris sunt intolerabi-
 les : ex diēt. cap. Mulieres , & cap.
 Quamvis. Sive debilitas in membris,
 ut cæcus , & claudus , ex cap. Cog-
 noscitur , & cap. Quamvis , de Sent.
 excomm. Ultimò , quodlibet aliud
 impedimentum , quod viri pruden-
 tis arbitrio legitimum judicetur. No-
 ta 1. quod jura , ex quibus hæc im-
 pedimenta deducuntur , solum lo-
 quuntur de absolutione ab excom-
 municatione propter percussionem
 clerici , attamen generaliter admit-
 tuntur ab Authoribus , quia eadem
 ratio militat de omnibus Papæ reser-
 vatis. 2. Quod Sacerdos propter ali-
 quod ex prædictis impeditus ad Pa-
 pam ire , potest mittere procurato-
 rem , epistolam scribere , aut adire
 legatum Papæ privilegium ad absolvendū
 habentem ; verū ad nul-
 lum ex his tenetur in sententia Hen-
 riquez , lib. 9. de Pœnit. cap. 9. n. 1.
 & lib. 7. de Matrimon. cap. 3. n. 1.

Avi-

Avila de Censuris, 2. part. disput. 7;
dub. 6. vers. 4. Cornejo in 3. part. S.
Thom. tom. 2. tract. 5. de Excom-
mun. disput. 2. dub. 2. juxta quos,
potest immediate ad Episcopum re-
currere, à quo debet impóni obli-
gatio, ut cessante impedimento, Pa-
pæ præsentetur, quando parti debe-
tur satisfactio; sed si non debetur,
aut scienter constet de satisfactione
jam facta, cessat præsentationis obli-
gatio, ut tenet Navarro, cap. 26.
num. 27. Si antequam ab Episcopo
absolvatur Sacerdos, urget necessi-
tas celebrandi ob imminentem infa-
miam, cum peccato, cui excommu-
nicatio annexa est, alia confiteatur;
aut, confessario deficiente contri-
tionem antè celebrationem eliciat;
tæterum quantum possibile sit, ad
absolutionem properet. Hoc reme-
diū ad minus habet confessarius
hujus legis transgressor, nam si ex-
clusio privilegi Bullæ Cruciatæ so-
lum intelligatur quantum ad absolu-
vendum complicem à peccato tur-
pi, quod quidem videtur esse id, quod

in

In recto prohibetur Sanctione hac, quilibet confessarius, vi dicti privilegij electus, absolvere poterit, prout de alijs ab Authoribus traditur; sed de hoc judicium proferre non audeo. Ad complicem absolvendum nullum indultum, aut privilegium suffragatur, quia ut dicitur: *Omnia, pro hac vice dumtaxat, habita pro expressis derogantur.* Quod valde observa. Hæc de tertio.

APPENDIX.

D U B I A Q UÆ D A M
ad complementum hujus materia necessaria resolvuntur. Dubia circa peccata, in quibus consortium, deficit.

§. I.

D U B I U M P R I M U M
proponitur, & resolvitur affirmativè.

84 **D**iscussis jam promissis, alia pro intelligentia dictorum restant examinanda. Cer-

tissimum est, quod oscula, tactus,
& amplexus secundum se, sive ab
intrinseco non sunt peccatum mor-
tale; sic S. Thom. 2. 2. quæst. 154.
art. 4. dicens: *Osculum, amplexus, vel*
tactus, secundum suam rationem non no-
minant peccatum mortale. Possunt enim
hæc absque libidine fieri vel propter con-
suetudinem patriæ, vel propter aliquam
necessitatem, aut rationabilem causam.
Quod quidem verum est apud om-
nes; si tamen delectatio sensualis ad-
misceatur, illicita sunt, ut infra ait
S. D. Cum oscula, & amplexus hujus-
modi proprie delectationem sint, conse-
quens est quod sint peccata mortalia. Po-
test aliquando contingere, quod Sa-
cerdos, rationabili causa intervenien-
te, habeat hujusmodi; & quamvis
secundum se licita sint, tamen prop-
ter delectationem ab altero ex duo-
bus intentam, ex parte illius vitien-
tur, & ex parte alterius sint honesta.
Quo in casu oritur difficultas,
an talis Sacerdos valeat illam per-
sonam absolvere? Ratio dubitandi est,
quia juxta conclusionem nequit con-
fes-

fessarius absolvere complicem in quolibet turpi peccato contra sexum præceptum : hujusmodi est peccatum de quo loquimur : ergo nequit talem personam absolvere ; aut si potest , falsa est conclusio.

85 Dicitur , quod potest Sacerdos illam absolvere ; & ratio est , quia si libidinosa delectatio affecit Sacerdotem , in pœnitente non est peccatum turpe , à quo absolvatur ; si autem affecit pœnitentem , tunc Sacerdos manet inculpabilis , unde non est mulctandus privatione jurisdictionis , quæ cum sit pœna in foro conscientiæ ligans , ut incurritur , culpa debet præsupponi , ac per consequens à confessatio iniocente mérito est releganda . Nec valet dicere , quod in alijs reservatis experitur oppositum , siquidem inculpatus Sacerdos nequit ab illis absolvere . Non inquam valet , quia ad alia reservata confessarius omnino jurisdictione caret , sive complex in illis sit , sive non ; ad turpia verò juxta præsentem Sanctionem , absolute jurisdictione

tione non est privatus , sed solum quando qualitate complicis in turpitudine maculatus est ; hoc enim significat ly complex juxta Ximenez Lexic. Eccles. Compañero en el mismo crimen : cum ergo in praesenti confessarius consors delicti non sit , relinquitur , quod nullatenus subditur poenæ hujus Sanctionis , in qua Sacerdotis immunda turpitudo principalius objurgatur. Et per hoc patet ad rationem dubitandi , conclusio enim procedit quando intervenit consortium in peccato.

§. II.

DUBIUM SECUNDUM
resolvitur.

86 **I** Dem dicendum est de verbis æquivocis fana intentione prolatis , quæ propter malitiam audientis , ipsi vergunt ad libidinem ; vel quando per oppositum , prolatione ipsorum libidinosa intentione maculatur , in animo vero audientis sine

ceterè recipiuntur. Et utriusque resolutionis est alia ratic mihi non contemnenda, scilicet; quod turpitudo hujusmodi habetur, ut mere interna, nam externum osculum, aut verbum, de quo loquimur, oculis insipientium, vel audientium auribus honestum est; & inhonestas illius, soli peccanti nota, ex interna libidine intentionis tantumdem provenit, quod ad præsens multum interest propter complicitatem requiritam, quæ quidem turpitudinem externam complici aliqualiter manifestam exposcit. Et cum peccata interna hucusque reservata non sint, quamvis reservari possint; dicendum est, quod tale peccatum non est in Sanctione ista comprehensum, ubi externa turpitudo est necessario requisita.

D U B I U M T E R T I U M

*sub replica specie proponitur,
et solvitur.*

87 **D**ices. Ergo si confessarius osculis, amplexibus, aut verbis libidinosis ad coitum fœminam provocare conaretur, ipsa nullatenus consentiente, sed pro viribus resistente; vel è contra, fœmina confessarium excitaret, hujusmodi peccati absolutio prohibita in Sanctione non est. Patet conseq. quia deficit consortium in peccato turpi, significatum per ly complex, quod est in Sanctione prohibitum, sicut immediate dictum est. Resp. sub distinctione: si fœmina Sacerdotem; is potest illam absolvere; alias non posset D. Thomas, si Sanctio extaret, absolvere mulierculam, quæ Angelicam ipsius puritatem labefactare præsumpsit; de exemplo ne mireris, quia fortassis nec gravior illa pugna, nec mi-

minor ista victoria ; & aliundè quid timeret in confessionale ut Deus nuncupativè , qui sic restitit extra illum ut homo? Si verò Sacerdos fœminam ; peccatum turpe non est, à quo absolvatur ; deficit ergo cassus Sanctionis , ac per consequens ejus prohibitio. Verumtamen si atten-
tis circumstantijs timeatur pericu-
lum , ex præcepto charitatis ei con-
fiteri non licebit , sicut dictum est à
num. 36. Dum copia adesset alterius
Sacerdotis imprudentè nimis, etiam
remoto periculo , provocatori con-
fiteretur. Urgente necessitate, stetur
dictis à num. 36. cit.

§. IV.

*DUBIA CIRCA PECCATA
levia ex defectu plena advertentia,
deliberationis, aut consensus.*

RATIO DUBITANDI
proponitur.

88 **C**ertum etiam est, quod libido parvitatem nescit,

tit, potest tamen ex defectu plenæ advertentiarum, deliberationis, aut consensus esse peccatum veniale, quod ex se erat mortale. Hinc in praxi dubitari potest, an quod inter confessarium, & penitentem fuit habitum, mortale sit, aut veniale? Exindeque dubitare, an liceat absolvere, vel non? Est ratio dubitandi, quod secundum frequentiorem Theologorum opinionem peccata dubia reservationi non subsunt: ergo nec peccata turpia dubia, de quibus loquimur in praesenti, proindeque possunt à complice absolviri. Haec pro parte hac potentior est ratio.

§. V.

*CALLIDACARNIS SOPHISMATA
deteguntur, ac damnantur.*

89 **S**ed cum de praxi loquamur, de praxi ipsa desumenda est ratio, quod maximè in materia luxuriarum congruit; nam qui speculativè scit, tactum venereum esse

esse lethale peccatum : si mulierem
v. g. tangit ; dubitat , an inquinave-
rit se ab ea ? ex una parte delecta-
tionem nullatenus intendisse vide-
tur , quin potius honesta de causa ,
propter charitatem , & Dei hono-
rem id egisse ; ex alia sentit , se-
igne libidinis ustum ; oblatrat con-
scientia , & inter ista ratio non pla-
nè discernit ; propter primum , per-
iculum non fugit , magisque in illo
se immergit ; propter secundum ; dum
carnalis amor sub charitatis larva
reputatur justitia , & ex hoc vene-
natus morsus despicitur , atque ite-
ratur. Hic dubitandi modus per an-
tiquus est , sed ab Angelico Doctore
dexterimè resolutus in Opusc. 64.
cap. 12. dicente : *Prædicti quandoque*
se deduci permittunt , ut se invicem fa-
miliariter tangant sub specie charitatis ,
referantes sibi invicem immensum cordis
amorem , quem imprudenter charitatem
appellant. Sed in hac reservatione amoris
est sumnum periculum , quia ex hoc fa-
bricantur sagitta , quæ menses eorum
vulnerant mortaliter . Ecce in praxi

dubia de quibus nunc agitur, quæ quidem dubia sunt passionatè exequenti, sed indubia rectè examinanti; nec mitum, nam: *luxuria cœcitatem mentis causat*, ait idem S. Doct. 2. 2. quæst. 153. art. 5. ad 4. unde cœca ipsius mens discernere non potest. Et quod pejus, quod tanto laborans morbo, medicum desiderat imperitum. *Quarunt ergo Confessores idiotas, & simplices* (ait S. Thom. Opusc. cit.) qui nec morbum intelligunt, nec causas ejus agnoscunt, nec ideo sciunt congruam adhibere medicinam. Tanto Magistro duce, sequentibus resolutionibus difficultas absolvitur.

RESOLUTIO PRIMA.

90 **P**rima. Quando tactus, amplexus, oscula, verba turpia, vel amatoria de quibus dubitatur, an mortalia sint, aut venialia frequenter committuntur, & inter illa, aliqua mortalia, ut talia cognita interveniunt, omnia tanquam gravia

via censenda sunt , & Sacerdos ne-
quit complicem ab illis absolvere.

R E S O L U T I O S E C U N D A .

¶ **S**ecunda. Quamvis nullum eorum indubie mortale appareat , tamen si frequentè sint commissa , potius judicanda sunt mortalia , & eorum absolutio complici prohibita. Ratio utriusque est eadem ; nam hæc frequentia solum ex dupli causa potest provenire. Considero enim , & est prima , quod perniciosus praetextus spiritualis communicationis , de quo loquitur S.Th. Opusc. cit. rationem obnubilat , ut iniqüitas falsò iustitia reputetur , & obscenus amor pro honesta dilectione habeatur ; cum revera sagitta sint , que mentes eorum vulnerant mortaliter , ut ait S. Thomas , cui potius credere debemus , quam talia patrantiibus. Secunda causa potest esse relaxatio nimia , propter quam aliqui , bibentes quasi aquam iniqüitatem , cum graviora devorent , minus gra-

via licenter perpetrant, & contemnunt sacrilegè. Inter ista respectu Sacerdotum medium non invenio. Unde si hujusmodi frequentia (quod absit) detur , unum ex duobus dictis in causa erit , & quocumque sit, prohibet absolutionem.

R E S O L U T I O T E R T I A.

92 **T**ertia. Etsi hujusmodi raro , aut valde raro contingent , si tamen circa personam dilectam occupatio mentis quasi continua , & imaginationes turpes de ipsa vana complacentia cordis in memoria , & aspectu mentali ipsius habeantur , non licet , nec valet absolutio eorum à complice data. Ratio, quia libido præconcepta hos parit effectus , & quæcumque causæ , vel rationes ad excusandas excusationes in peccatis adhibentur , nihil aliud sunt, ut verè ait S. Thom. nisi onus, cui ratio jam succumbit.

RE-

RESOLUTIO QUARTA.

93

Quarta. Si autem nulla
mentis occupatio, aut
imagitatio turpis præ-
ceserit, & ex levi festino tactu ma-
nus, aspectu, aut æquivoco verbo ar-
dor libidinosus exarserit, & de hu-
jusmodi inconsideratè, aut quasi in-
consideratè commissis dubitatur, an
immutatio carnis exorta admissa sit,
vel despecta; dico, quod si citò ex-
tinguatur, & in futurum nihil ma-
neat, notabili transacto tempore, &
aliquali necessitate accedente, v. g.
privatione nimis diuturna confessio-
nis, quia alius Sacerdos non est, neque
expectatur, potest excipi confessio.
Ratio, quia tunc fundatè dubitatur
an veniale, vel mortale sit, & cum
alias nullum extet in tali confessione
periculum, sicut ex dictis prudentè
conjectatur, dubium est benignè in-
terpretandum, & ad hunc effectum
tanquam veniale credendum, ac per
consequens non comprehensum in
ista

ista Sanctione. Suppono quod hoc se-
mel tantum accidat, nam iterata oc-
casione, libido non transivit omni-
nō, & propterea dicendum est, ab
solutionem non valere.

94 Scit sapiens quod calamus ne-
quit praxim absolvere, siquidem va-
riæ circumstantiæ varijs in casibus
occurrunt, quæ specialem discussio-
nem exigunt; studeatur ergo, illas,
non idiotis, sed doctis, & morige-
ratis viris proponere in hujusmodi
dubijs, quando aliqualis necessitas
confessionis urget. Dicta ex D. Th.
collecta sunt, qui certè novit dis-
cernere inter lepram, & non lepram,
& ideo magni ponderis sunt. Præte-
rea multum considerandum est, mo-
tivum adæquatum hujus Sanctionis
esse omnem viam claudere, ne ex
hoc capite animæ percant, aut Eccle-
sie Sacramentum aliquam patiatur
injuriam; quibus principaliter debe-
mus occurrere, omnibus alijs post-
positis, proptereaque opinio in ra-
tione dubitandi allata in tota sua la-
titudine non est admittenda, nec in
toto

toto etiam rigore opposita ; quam tenent graves , & classici Doctores afferentes , quod in dubio reservationis peccata censerī debent reservata , sed utraque temperari debet , prout in p̄æcedentibus resolutionibus est factum , nam si omne dubium comprehendenderetur , esset nimius rigor ; si vero omne eximeretur , esset relaxatio ; sit ergo modus in rebus.

R E S O L U T I O Q U I N T A ,
& ultima.

95 **N**ota benè omnia requisita resolutionis quartæ , & quod omnia debent simul concurrere ut liceat absolutio ; quolibet autem illorum deficiente omnino teneo absolutionem non licere . Immo si meum qualemcumque iudicium circa hoc scire desideras , aperte dico : quod in materia Inxuriæ non datur parvitas ; sicque quocumque exten-
nè libidinosum sive tactus , verbum , aspectus , nutus , signum , aut alia ex

ex genere suo mortalia sunt; unde
omne dubium circa illa est de con-
sensu, aut de dissensu, stante tamen
certitudine de externa gravitate. Hu-
jusmodi verò dubium comprehen-
ditur sub ista prohibitione: Tum
quia Ecclesia de internis non judi-
cat, sed de gravitate externè com-
missa: Tum, quia illud, de quo Sa-
cerdos sibi judicat, fortassis in com-
plice mortale fuit; vel saltem fuit
externum graviter provocativum.
Quod autem ab alijs reservationi-
bus peccata dubia satis probabilitè
excludantur ab Authoribus, parum
urget, ut constat ex datis dispari-
tati bus, præsertim quia ista non est
simpliciter reservatio; sed tantum
secundum quid, ac deinde ad fines
magni momenti ordinata; quapropter
etiam si admittatur ab aliquo
parvitas in materia luxuriæ (quam
ego minimè agnosco) tenendum est,
quod etiam peccata venialia turpia
manent in Sanctione ista compre-
hensa: quia Sanctissimus Dominus
N. absolute prohibet absolvere com-
pli-

plicem à peccato turpi , & inhonesto , & nullatenus dubitatur , quod Apostolica Sedes reservare venialia potest. Fateor quod si stricta esset reservatio , necesse erat , quod expressè venialia comprehendenderentur ; sed in benigna ista reservatione absque ullo inconvenienti inclusa intelleguntur ; tum quia ratione materiæ minus probabiliter venialia sunt , longissimè autem probabilius sunt mortalia. Tum quia talium peccatorum prohibitio conductit ad consecutionem finium , quos S.D.N. Benedictus XIV. magnopere cupit ; nam ex opposito aperitur via , ut parvitas materiæ in libidine prolibito admittatur , & repetitis dishonestis , quæ parùm tutè , & forsà temerariè propter passionis vehementiam hic , & nunc parva judicentur , ministeriorum puritas corruptatur , sanctitas Ecclesiæ , & Sacramentorum vulneretur , & sanctissima Universalis Pastoris intentio perniciosa illudatur ; quæ omnia maximè cavenda sunt.

Hoc

96 Hoc ergo omnino certum existimo, utque tale teneo, & ab omnibus per viscera Jesu Christi teneri oscero; serio namque considerare debemus, quod Præsides, & Judices animarum à Deo constituti sumus, Pastoresque illarum ovium, quæ pretio magno, sanguine, vide- licet, non taurorum, aut vitulorum, sed Divini Agni immaculati Jesu-Christi emptæ sunt, & quod illarum sanguis de manibus nostris strictissimè requiretur. Glorificemus igitur, & portemus Deum in corporibus nostris; sapientia carnis procul sit à nobis, absint vanæ culationes humanæ prudentiæ, & secundum Deum sapientes captivimus intellectum nostrum in obsequium Christi, ejusque Vicarij; legem ipsius, utpote Christiano Gregi magnopere proficuum, placidissimè accipientes, ac sincerè interpretantes. Caveamus ne temporibus nostris impleatur, quod Paulus dolenter vaticinatus est de fana doctrina non sustinenda, & de Magistris

tris ad carnis desideria coacervan-
dis ; sed econtrà , cœlestibus præcep-
tis obtemperemus , & Præpositis nos-
tris promptè , ac gratulantè subij-
ciamur , & obediamus ; sic utique
Dispensatores fideles inveniemur , &
In Gloria Dei nostri collocabimur,
in cujus honorem , & laudem ,
quæ rudi calamo dixi ,
cedant .

*O. C. S. R. E. humilimus subij-
cio ; necnon Doctorum piorum
censuræ , & emenda-
zioni.*

INDEX

INDEX QUÆSTIONUM,
dubiorum, resolutionum, ac
§§. quæ in hoc Opusculo
continentur.

PROEMIUM.

IN quo aliqua scitu digna præ-
mittuntur, & opusculum parti-
tur, pag. I.

§. I. In quo Constitutiones Summo-
rum Pontificum adversus Confes-
sarios jurisdictione abutentes expe-
ditæ, textusque præsentis Sanctio-
nis summatim referuntur, ibid.

§. II. Peccatum carnale cum filia con-
fessionis commissum habet pecu-
liarem deformitatem ; juxta Div.
Thom. & alios, mutantem spe-
ciem ; juxta aliorum sententiam,
solum aggravantem, pag. 5.

§. III. Antehac, cum Sacerdote com-
plice confiteri ; juxta S. Th. alios
que graves DD. illicitum erat ; &
juxta omnes, periculosum, pag. 8.

§. IV.

QUÆSTIO PRIMA.

AN ablatio jurisdictionis solum
debeat intelligi erga compli-
cem in peccato turpi completo,
v. g. copula; vel potius in quoli-
bet peccato ex genere suo gravi
externo contra sextum Decalogi
præceptum? pag. 20.

§. I. Ratio dubitandi proponitur, &
confirmatur, ibid.

§. II. Statuitur conclusio, & probatur
ex textu Sanctionis, pag. 21.

§. III. Prima reflexio conclusionis pro-
bativa, pag. 23.

§. IV. Secunda reflexio, quæ primam
confirmat, & efficacius conclusio-
nem probat, pag. 29.

Secunda pars conclusionis ex verbis
Sanctionis probatur, pag. 40.

§. V. Ratio dubitandi solvitur, pro-
poniturque aliud argumentum, pa-
gin. 41.

QUÆSTIO SECUNDA.

AN præter mortis articulum uniuersitate in Sanctione exceptum , alij casus sint , in quibus possit confessarius complicem suum à peccato turpi validè , & licite absolvere ? pag. 53.

§.I. Notabilis disparitas inter præsentem , & alias reservationes propo-nitutur , ibid.

§.II. Resolutio prima. Potest confessarius complicem suum absolvere in mortis articulo , deficiente tunc alio quocumque Sacerdote , p. 55.

§.III. Resolutio secunda. Si in mortis articulo adsit aliquis simplex Sa-
cerdos , qui munus confessarij obi-
re possit , is debet confessionem
excipere , pag. 56.

§.IV. Resolutio tertia. Potest confessarius suum complicem absolvere , quando urget confitendi necessi-tas , v. g. ratione scandali , aut infamiae omissa confessione immi-nentis , dummodo absit relabendū periculum , pag. 58.

§.V.

§.V. Resolutio quarta. Si in casu dictae necessitatistimeatur periculum relabendi , magna cum distinctio ne est loquendum, pag. 59.

§.VI. Contra praecedentem resolutio nem, datam aliqua argumenta proponuntur, & solvuntur, pag. 65.

§.VII. Sententia Uvigandt refertur; & impugnatur, pag. 69.

§.VIII. Aliorum DD. sententia adducitur , & explicatur, pag. 86.

§.IX. Resolutio quinta. Potest confessarius complicem absolvere à peccatis turpibus olim commissis, jamque ritè absolutis, pag. 96.

§.X. Resolutio sexta. Si sedente confessario ad confessiones audiendas; poenitens complex inter alios accedat , ipsius confessio non excipiatur, pag. 97.

§.XI. Resolutio septima. Non potest confessarius complicem absolvere à peccatis turpibus , quæ in alia confessione tacuit , aut non satis expressit , vel culpabilem oblivionem circa ipsa habuit, pag. 99.

§.XII. Resolutio octava. Nec potest,

quando talia peccata alij Sacerdoti
jam confessa sunt ; confessio ta-
men fuit nulla ex defectu doloris,
aut alterius requisiti, pag. 100.

§. XIII. Resolutio nona. Nec etiam
potest , quando talis confessio fuit
valida , & fructuosa ; indigent ta-
men illa turpia peccata denuò con-
fiteri , quia ex obliuione inculpa-
bili fuerunt omissa, pag. 101.

QUÆSTIO TERTIA.

AN aliquis præter Summum Pon-
tificem possit ab excommuni-
catione reservata confessarium se-
cus facientem absolvere ? pag. 105.

§. UNICUS. Conclusio est ; potest
Episcopus proprius vi facultatis , à
Tridentino concessæ , cap. Liceat
Episcopis , &c. de Reformat. 6. sess.
24. suos subditos à tali excommu-
nicatione absolvere , ibid.

APPENDIX.

DUbia quædam ad complementum hujus materiæ necessaria resolvuntur. Dubia circa peccata, in quibus consortium, deficit, pagin. 109.

§.I. Dubium primum proponitur, & resolvitur affirmativè, ibid.

§.II. Dubium secundum resolvitur, pag. 112.

§.III. Dubium tertium sub replicæ specie proponitur, ac solvitur, pagin. 114.

§.IV. Dubia circa peccata levia ex defectu plenæ advertentiæ, deliberationis, aut consensus, pag. 115.

Ratio dubitandi proponitur, ibid.

§.V. Callida carnis sophismata deteguntur, ac damnantur, pag. 116.

Prima Resolutio. Quando tactus, amplexus, oscula, &c. de quibus dubitatur, frequentè committuntur, & aliqua mortalia, ut talia cognita interveniunt, omnia tanquam gravia censenda sunt, & in Sanc-
tione ista comprehensa, pag. 118.

Re.

Resolutio secunda. Quamvis nullum
eorum indubie mortale appareat
si frequentè sint commissa , po-
tius judicanda sunt mortalia , &
eorum absolutio prohibita , pa-
gin. 119.

Resolutio tertia. Etsi hujusmodi raro
contingant , si tamen circa per-
sonam complicis occupatio men-
tis , & imaginationes turpes ha-
beantur , gravia censeantur , nec
a complice absolvenda , pag. 120.

Resolutio quarta. Si autem nulla
mentis occupatio , nec imagina-
tio turpis præcesserit , & ex levi
festino tactu manus , aspectu , &c.
ardor libidinosus exarserit , & de
hujusmodi inconsiderate commis-
sis dubitatur ; si citò extinguitur ,
& in futurum nihil maneat ; no-
tabili transacto tempore , & ali-
quali necessitate accedente , po-
test excipi talium confessio , pa-
gin. 121.

Resolutio quinta , & ultima. Cum
in materia luxuriæ non detur par-
vitas , quodcumque externe libi-
die

dinosum ; ex genere suo est mortale , ac per consequens in Sanctatione ista comprehensum , pagina 123.

FINIS.



gibsonium? ex societate suis ex mori
te, ac hoc conlendum in specie
eius in compunctione, bspc
MS 1732.

FINIS

